
3 1761 04616051 4

ЗАПИСКИ

КЛАССИЧЕСКАГО ОТДѢЛЕНІЯ

ИМПЕРАТОРСКАГО

РУССКАГО АРХЕОЛОГИЧЕСКАГО ОБЩЕСТВА.

Томъ II.

Выпускъ 1.



САНКТПЕТЕРБУРГЪ.
ТИПОГРАФІЯ ИМПЕРАТОРСКОЙ АКАДЕМІИ НАУКЪ.
Вас. Остр., 9 лин., № 12.
1904.

Изданія Императорскаго Русскаго Археологическаго Общества.

Записки Имп. Русск. Арх. Общ. Т. XI (остальныхъ нѣтъ въ продажѣ) . . . . 3 р. — к.

Извѣстія Имп. Русск. Арх. Общ. Тт. III, IV, VII, VIII— по 3 р.; IX и X по 15 р. (Тт. I, II и VI нѣтъ въ продажѣ). 42 » — »

Записки Имп. Русск. Арх. Общества. Новая серія, т. I—2 р. 50 к., т. II—3 р., т. III и IV—по 4 р., т. V—5 р., тт. VI, VII, VIII, IX, X, XI и XII—по 4 р. . . . . 46 » 50 »

Труды Восточнаго Отдѣленія. Тт. XI и XIII—по 2 р. 50 к., т. XIV—3 р., т. XVI—2 р., т. XVII—2 р. 50 к., тт. XX, XXI, XXII—по 3 р. (остальныхъ нѣтъ въ продажѣ). 21 » 50 »

Записки Восточнаго Отдѣленія. Тт. I—XIV по 4 р. . . 56 » — »

Записки Отдѣленія Русской и Славянской Археологіи. Т. III—2 р. 50 к., тт. IV, V и VI—по 4 р. (Тт. I и II въ продажѣ нѣтъ) . . . . 14 » 50 »

Древности Россійскаго Государства. Кіево-Софійскій соборъ. Вып. I—III—18 р., в. IV—12 р. . . . . 30 » — »

Сказанія о св. Борисѣ и Глѣбѣ. Facsimile съ Сильвестровскаго списка XVI вѣка, съ предисл. **И. И. Срезневскаго.** . 6 » — »

Архим. **Макарій.** Памятники церковныхъ древностей въ Нижегородской губ. . . . . 3 » — »

Описаніе Новгородскаго Софійскаго собора, сост. прот. **П. И. Соловьевымъ.** Съ указателемъ **П. И. Савваитова.** . . . . 1 » 50 »

Б. В. Кене. Описаніе европейскихъ монетъ X, XI и XII вв., найденныхъ въ Россіи. . . . . 1 » — »

В. В. Григорьевъ. Жизнь и труды П. С. Савельева. . . . . 2 » — »

Д. И. Прозоровскій. Каталогъ русскимъ медалямъ и монетамъ, хранящимся въ музеѣ Имп. Русск. Арх. Общ. Изд. 2-е. 1 » — »

В. В. Вельяминовъ-Зерновъ. Словарь джагатайско-турецкій. 2 » — »

Записка для обозрѣнія русскихъ древностей. . . . . . . — » 20 »

Архим. **Антонинъ.** О древнихъ христіанскихъ надписяхъ въ Аѳинахъ . . . . 1 » 50 »

Труды 2-го Археологическаго съѣзда, съ атласомъ. . . . 5 » — »

Археологическіе труды **А. Н. Оленина.** Т. I—4 р. 50 к., т. II—2 р. . . . . 6 » 50 »

И. П. Хрущовъ. Очеркъ жизни и дѣятельности Д. В. Поленова. . . . . 1 » — »

ЗАПИСКИ

КЛАССИЧЕСКАГО ОТДѢЛЕНІЯ

ИМПЕРАТОРСКАГО

РУССКАГО АРХЕОЛОГИЧЕСКАГО ОБЩЕСТВА.

Томъ II.

Выпускъ 1.

САНКТПЕТЕРБУРГЪ.
ТИПОГРАФІЯ ИМПЕРАТОРСКОЙ АКАДЕМІИ НАУКЪ.
Вас. Остр., 9 лин., № 12.
1904.

Напечатано по распоряженію Императорскаго Русскаго Археологическаго Общества.
Секретарь *В. Дружининъ.*

SCYTHICA ET CAUCASICA
E VETERIBUS SCRIPTORIBUS GRAECIS ET LATINIS

COLLEGIT ET CUM VERSIONE ROSSICA EDIDIT

BASILIUS LATYSCHEV.

VOL. II. **SCRIPTORES LATINI.** FASC. 1.

ИЗВѢСТІЯ ДРЕВНИХЪ ПИСАТЕЛЕЙ
ГРЕЧЕСКИХЪ И ЛАТИНСКИХЪ
О СКИѲІИ И КАВКАЗѢ.

СОБРАЛЪ И ИЗДАЛЪ СЪ РУССКИМЪ ПЕРЕВОДОМЪ

В. В. ЛАТЫШЕВЪ.

ТОМЪ II. ЛАТИНСКІЕ ПИСАТЕЛИ.

ВЫПУСКЪ 1-й.

САНКТПЕТЕРБУРГЪ.

ТИПОГРАФІЯ ИМПЕРАТОРСКОЙ АКАДЕМІИ НАУКЪ.

Вас. Остр., 9 лин., № 12.

1904.

Напечатано по распоряженію Императорскаго Русскаго Археологическаго Общества.

Секретарь *В. Дружининъ*.

ПРЕДИСЛОВІЕ.

Второй томъ „Извѣстій древнихъ писателей о Скиѳіи и Кавказѣ“, содержащій извлеченія изъ латинскихъ писателей, издается по тому же плану, который былъ изложенъ въ предисловіи и послѣсловіи къ І-му тому, законченному въ 1900 году. Въ пересмотрѣ писателей, вошедшихъ въ предлагаемый нынѣ 1-й выпускъ II-го тома, и переводѣ извлеченій изъ нихъ оказали издателю любезную помощь бывшіе студенты Императорскаго С.-Петербургскаго Историко-Филологическаго Института: Г. Г. Зоргенфрей (нынѣ наставникъ студентовъ и преподаватель Института), А. І. Малеинъ (н. преподаватель Института), С. А. Селивановъ (б. приватъ-доцентъ Новороссійскаго университета) и И. П. Цвѣтковъ (н. инспекторъ Прагской гимназіи). Принадлежащіе имъ переводы отмѣчены ихъ фамиліями (остальные сдѣланы мною самимъ). Всѣмъ этимъ сотрудникамъ моимъ считаю долгомъ выразить здѣсь мою искреннюю благодарность за ихъ помощь, особенно же А. І. Малеину, который, независимо отъ участія въ пересмотрѣ писателей и переводахъ, дѣятельно помогалъ мнѣ въ корректурѣ изданія и въ значительной степени содѣйствовалъ ея исправности.

Май 1904 г. В. Л.

T. MACCIVS PLAVTVS.

Т. МАКЦІЙ ПЛАВТЪ.

[Знаменитый комическій поэтъ, род. около 251 г., умеръ въ 184 г. до Р. Хр. — Текстъ: T. Macci Plauti comoediae ex rec. Georgii Goetz et Friderici Schoell. Fasc. VII. Lips. Teubn. 1896].

TRINVMMVS.

Act. IV, vv. 933—935.

SYCOPHANTA....

Omnium primum in Pontum advecti [a]
Arabiam terram sumus.

CHARMIDES.

Eho, an etiam Arabiast in Ponto? sy. Est: non illa ubi tus gignitur,
Sed ubi apsinthium fit atque cunila gallinacea.

ТРИ МОНЕТЫ.

СИКОФАНТЪ....

Прежде всего мы прибыли въ Понтъ къ Аравійской землѣ.

ХАРМИДЪ.

Ого, развѣ и въ Понтѣ есть Аравія? сик. Есть: не та, гдѣ родится ѳиміамъ,
А *та*, гдѣ растетъ полынь и куриная душица.

Q. ENNIVS.

КВ. ЭННІЙ.

[Знаменитый драматическій и эпическій поэтъ, род. въ 239, ум. въ 169 г. до Р. Хр. Собраніе отрывковъ: Fragmenta poetarum Romanorum coll. et emend. Aem. Baehrens. Lips. 1886. — Scaenicae Romanorum poesis fragmenta tertiis curis rec. Otto Ribbeck. Vol. I. Tragicorum fragmenta. Lips. ap. Teubner. 1897].

MEDEA EXVL.

I

NVTRIX.

Utinam ne in nemore Pelio securibus
Caesa accedisset abiegna ad terram trabes
Neve inde navis incohandi exordium
Coepisset, quae nunc nominatur nomine
Argo, quia Argivi in ea delecti viri
Vecti petebant pellem inauratam arietis
Colchis, imperio regis Peliae, per dolum.
Nam numquam era errans mea domo ecferret pedem
Medea, animo aegra, amore saevo saucia.

МЕДЕЯ ИЗГНАННИЦА.

I

КОРМИЛИЦА.

О, еслибы никогда не упало на землю еловое бревно, срубленное топорами въ Пелеевой рощѣ, и оттуда не возникло бы начало постройки корабля, который нынѣ называется именемъ Арго, потому что на немъ избранные аргивскіе мужи по повелѣнію царя Пелія поѣхали хитростью добывать у Колховъ позолоченную шкуру барана. Ибо никогда госпожа моя Медея не вышла бы изъ дома съ огорченіемъ въ душѣ, пораженная жестокою любовью.

(Auct. *Rhet. ad Her.* II, 24, 34; Priscian. *de metris Terent.* c. 2 p. 1325 P. Versus 1—2 et singulae voces a multis scriptoribus referuntur: v. Ribbeck p. 49. Expressa haec sunt ex Eurip. *Med.* v. 1 sqq.).

XVI (Ribb. p. 56).

Utinam ne unquam, Mede, Colchis cupido corde pedem extulisses!
(Nonius Marc. *de comp. doctr.* 297, 16).

О еслибы ты, Меда, никогда не выѣзжала отъ Колховъ съ страстью въ сердцѣ!

EPIGRAMMATA.

A sole exoriente supra Maeotis paludes nemo est, qui factis aequiperare queat.

ЭПИГРАММЫ.

Отъ солнечнаго восхода выше болотъ Мэотиды нѣтъ никого, кто могъ бы сравняться дѣяніями [съ Сципіономъ Африканскимъ].

(Cic. *Tusc.* V, 17, 49; Mamertin. *Genethl.* 16. Baehrens p. 125).

M. PORCIVS CATO. — М. ПОРЦІЙ КАТОНЪ.

[Извѣстный писатель и государственный дѣятель, авторъ сочиненій Origines, De re rustica и многочисленныхъ рѣчей, жилъ отъ 234 до 149 г. до Р. Хр.].

Fragm. or. incertae v. vol. I p. 625 ap. Athen. VI, c. 109.

M. PACVVIVS. — М. ПАКУВІЙ.

[Трагическій поэтъ, племянникъ Эннія по матери, род. въ 220 г. до Р. Хр., ум. въ глубокой старости около 130 г. По названіямъ и отрывкамъ извѣстно до 12 его трагедій (fabulae palliatae).—Собраніе отрывковъ: Scaenicae Rom. poesis fragmenta tertiis curis rec. O. Ribbeck. Vol. I, tragg. fragmenta, pp. 86—157. Cf. L. Muelleri De Pacuvii fabulis disputatio. *Журн. М. Н. Пр.*, май 1889].

MEDVS. Fragm. XXIV v. infra pag. 8 ap. Cicer. *de nat. deor.* III, 19, 48.

M. TERENTIVS VARRO. — М. ТЕРЕНЦІЙ ВАРРОНЪ.

[Знаменитый полигисторъ, род. въ 116 г. въ Реате, ум. въ 27 г. до Р. Хр. Изъ его многочисленныхъ сочиненій сохранилась часть труда De lingua latina и 3 книги Rerum rusticarum, написанныя въ 36 г. до Р. Хр.—Текстъ: M. Terenti Varronis Rerum rusticarum libri tres. Recogn. Henr. Keil. Lips. Teubn. 1889].

RERVM RVSTICARVM

LIBRI TRES.

LIB. II, 1, 6... [Veteres poetae]... ipsas pecudes propter caritatem aureas habuisse pelles tradiderunt... ut in Colchide *ad*

О СЕЛЬСКОМЪ ХОЗЯЙСТВѢ

ТРИ КНИГИ.

...[Старинные поэты]... передали, что даже скотъ имѣлъ золотыя шкуры, разумѣя его дороговизну..., какъ напр. въ

Aeetam, ad cuius arietis pellem profecti regio genere dicuntur Argonautae...

Колхидѣ у Эита; за шкурою его барана, говорятъ, отправились Аргонавты царскаго рода...

Ibid. § 9 commemoratur Bosporus Cimmerius.

M. TVLLIVS CICERO.

М. ТУЛЛІЙ ЦИЦЕРОНЪ.

[Знаменитый ораторъ, философъ и государственный дѣятель, род. 3 января 106 г. до Р. Хр. въ Арпинѣ, ум. 7 декабря 43 г. до Р. Хр. — Текстъ: M. Tullii Ciceronis scripta quae manserunt omnia. Recogn. C. F. W. Müller. Lips., Teubner].

DE ORATORE lib. I c. XXXVIII, 174 commemoratur in comparatione «*in Euxino ponto Argonautarum navis*».

ACTIONIS IN C. VERREM SECVNDAE SIVE ACCVSATIONIS LIBER QVINTVS QVI INSCRIBITVR DE SVPPLICIIS [1]).

Cap. LVIII, 150. Si haec apud Scythas dicerem, non hic in tanta multitudine civium Romanorum, non apud senatores lectissimos civitatis, non in foro populi Romani, de tot et tam acerbis suppliciis civium Romanorum, tamen animos etiam barbarorum hominum permoverem...

ВТОРАГО ПРОЦЕССА ПРОТИВЪ Г. ВЕРРЕСА ИЛИ ОБВИНЕНІЯ КНИГА ПЯТАЯ, ОЗАГЛАВЛЕННАЯ «О КАЗНЯХЪ».

Если бы я говорилъ о столь многочисленныхъ и столь жестокихъ казняхъ Римскихъ гражданъ среди Скиѳовъ, а не здѣсь, среди такого многолюднаго собранія Римскихъ гражданъ, предъ сенаторами, избраннѣйшими *мужами* государства, на форумѣ римскаго народа, — то я тронулъ бы сердца даже варваровъ...

DE IMPERIO CN. POMPEII AD QVIRITES ORATIO [2]).

III, 8. Etenim adhuc ita nostri cum illo rege contenderunt imperatores, ut ab illo insignia victoriae, non victoriam reportarent. Triumphavit L. Sulla, triumphavit L. Murena de Mithridate, duo fortissimi viri et summi imperatores, sed ita triumpharunt, ut ille pulsus superatusque regnaret. Verum tamen illis imperatoribus laus est tribuenda quod egerunt, venia danda quod reliquerunt, propterea quod ab eo bello Sullam in Italiam respublica, Murenam Sulla revocavit.

РѢЧЬ КЪ КВИРИТАМЪ О НАЗНАЧЕНІИ ГН. ПОМПЕЯ ПОЛКОВОДЦЕМЪ.

До сихъ поръ наши воеводы боролись съ этимъ царемъ такъ, что получали отъ него *только* трофеи побѣды, а не побѣду. Получилъ тріумфъ *за побѣды* надъ Миѳридатомъ Л. Сулла, получилъ его Л. Мурена, два храбрѣйшихъ мужа и великихъ полководца, но эти тріумфы были таковы, что разбитый и униженный врагъ *всетаки* остался царемъ. Но при всемъ томъ эти воеводы заслуживаютъ похвалы за то, что они сдѣлали, и снисхожденія къ тому, что они оставили *не оконченнымъ*: вѣдь Суллу отозвало съ театра войны въ Италію положеніе государства, а Мурену — Сулла.

1) A. 70 a. Chr.

2) Hanc orationem a. 66 a. Chr. n. habitam maximi esse momenti ad reipublicae et Asiae statum cognoscendum, qualis illa aetate fuerit, inter omnes constat. Nos ea tantum excerpimus, quae ad Bospori et Caucasi historiam pertinent.

IV, 9. Mithridates autem omne reliquum tempus non ad oblivionem veteris belli, sed ad comparationem novi contulit: qui postea, quum maximas aedificasset ornassetque classes exercitusque permagnos quibuscumque ex gentibus potuisset comparasset et se Bosphoranis finitimis suis bellum inferre simularet, usque in Hispaniam legatos ac litteras misit ad eos duces, quibuscum tum bellum gerebamus, ut, quum duobus in locis disiunctissimis maximeque diversis uno consilio a binis hostium copiis bellum terra marique gereretur, vos ancipiti contentione districti de imperio dimicaretis...

Между тѣмъ Миѳридатъ все оставшееся у *него* время употребилъ не на то, чтобы заставить *насъ* забыть о прежней войнѣ, а на приготовленіе къ новой: подъ предлогомъ войны съ сосѣдними Воспорянами онъ построилъ и снарядилъ огромные флоты, составилъ огромныя войска изъ какихъ могъ племенъ и послалъ пословъ съ письмами даже въ Испанію къ тѣмъ вождямъ, съ которыми мы тогда воевали, съ цѣлью принудить васъ бороться за свою власть съ разъединенными силами, такъ какъ война велась бы на сушѣ и на морѣ по одному плану двумя непріятельскими арміями въ двухъ мѣстахъ, раздѣленныхъ огромными разстояніями и лежащихъ на противоположныхъ концахъ *вселенной*...

IX, 22. Requiretur fortasse nunc quem ad modum, quum haec ita sint, reliquum possit magnum esse bellum. Cognoscite, Quirites: non enim hoc sine causa quaeri videtur. Primum ex suo regno sic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur, quam praedicant in fuga fratris sui membra in iis locis, qua se parens persequeretur, dissipavisse, ut eorum collectio dispersa maerorque patrius celeritatem persequendi retardaret. Sic Mithridates fugiens maximam vim auri atque argenti pulcherrimarumque rerum omnium, quas et a maioribus acceperat et ipse bello superiore ex tota Asia direptas in suum regnum congesserat, in Ponto omnem reliquit. Haec dum nostri colligunt omnia diligentius, rex ipse e manibus effugit. Ita illum a persequendi studio maeror, hos laetitia tardavit. 23. Hunc in illo timore et fuga Tigranes, rex Armenius, excepit diffidentemque rebus suis confirmavit et adflictum erexit perditumque recreavit. Cuius in regnum postea quam L. Lucullus cum exercitu venit, plures etiam gentes contra imperatorem nostrum concitatae sunt. Erat enim metus iniectus iis nationibus, quas numquam populus Romanus neque lacessendas bello neque temptandas putavit: erat enim alia gravis atque vehemens opinio, quae animos gentium barbararum pervaserat, fani locupletissimi et religiosissimi diripiendi causa in eas oras nostrum esse exercitum adductum. Ita na-

Теперь, быть можетъ, спросятъ, какимъ образомъ, при такомъ положеніи дѣлъ, можетъ быть трудна остальная часть войны. Такой вопросъ можетъ показаться основательнымъ; выслушайте же, квириты, *мое объясненіе*. Во-первыхъ бѣгство Миѳридата изъ своего царства можно сравнить съ бѣгствомъ миѳической Медеи изъ того же Понта: она, какъ разсказываютъ, во время бѣгства разбросала части *тѣла* своего брата по дорогѣ, по которой долженъ былъ преслѣдовать ее отецъ, — для того, чтобы собираніе ихъ въ разныхъ мѣстахъ и родительское горе замедлило быстроту преслѣдованія. Такъ и Миѳридатъ, убѣгая, оставилъ въ Понтѣ всю огромную массу золота, серебра и всякихъ драгоцѣнностей, которыя частью получилъ *въ наслѣдство* отъ предковъ, частью самъ награбилъ со всей Азіи въ предыдущую войну и собралъ въ свое царство. Пока наши слишкомъ уже старательно подбирали все это, самъ царь ускользнулъ изъ рукъ. Такимъ образомъ *отца Медеи* замедлило въ быстротѣ погони горе, а нашихъ — радость. (23) Перепуганнаго бѣглеца радушно принялъ армянскій царь Тигранъ; онъ придалъ твердости отчаявшемуся въ своихъ дѣлахъ, поднялъ духъ пораженнаго, оживилъ растеряннаго. Когда Л. Лукуллъ явился съ войскомъ въ его царство, еще бо́льшее количество племенъ было возбуждено *къ возстанію* противъ нашего полководца. Былъ

tiones multae atque magnae novo quodam terrore ac metu concitabantur. Noster autem exercitus, tametsi urbem ex Tigrani regno ceperat et proeliis usus erat secundis, tamen nimia longinquitate locorum ac desiderio suorum commovebatur...

внушенъ страхъ тѣмъ племенамъ, которыхъ Римскій народъ никогда не думалъ тревожить войною или даже трогать; съ другой стороны среди варварскихъ племенъ распространился другой слухъ, способный сильно взволновать и потрясти умы, — будто наше войско приведено въ тѣ страны съ цѣлью разграбленія богатѣйшаго и весьма почитаемаго святилища. Такимъ образомъ многія сильныя племена были возбуждены какимъ-то небывалымъ страхомъ. А наше войско, хотя и овладѣло *однимъ* городомъ въ царствѣ Тиграна и имѣло *нѣсколько* удачныхъ сраженій, тѣмъ не менѣе было безпокойно вслѣдствіе чрезмѣрной отдаленности мѣстъ и тоски по родинѣ...

DE LEGE AGRARIA ORATIO SECVNDA CONTRA P. SERVILIVM RVLLVM TR. PLEB. AD POPVLVM [1].

XIX, 51... Verum inter hos agros regios, captos veteribus bellis virtute summorum imperatorum, adiungit [haec lex] regios agros Mithridatis, qui in Paphlagonia, qui in Ponto, qui in Cappadocia fuerunt, ut eos decemviri vendant. 52. Itane vero? non legibus datis, non auditis verbis imperatoris, nondum denique bello confecto, quum rex Mithridates, amisso exercitu, regno expulsus, tamen in ultimis terris aliquid etiam nunc moliatur atque ab invicta Cn. Pompeii manu Maeote et illis paludibus et itinerum angustiis atque altitudine montium defendatur, quum imperator in bello versetur, in locis autem illis etiam nunc belli nomen reliquum sit, eos agros, quorum adhuc penes Cn. Pompeium omne iudicium et potestas more maiorum debet esse, viri decem vendent?...

ВТОРАЯ РѢЧЬ ОБЪ АГРАРНОМЪ ЗАКОНѢ ПРОТИВЪ НАР. ТРИБ. П. СЕРВИЛІЯ РУЛЛА КЪ НАРОДУ.

...Но къ числу этихъ царскихъ земель, взятыхъ въ старинныя войны доблестью великихъ воеводъ, [предложеніе Рулла] прибавляетъ царскія земли Миѳридата, находившіяся въ Пафлагоніи, въ Понтѣ и въ Каппадокіи, *и требуетъ*, чтобы ихъ продали децемвиры. (52). Но такъ ли? Законы еще не даны, донесеніе полководца не заслушано, даже война еще не окончена: Миѳридатъ, потерявшій *свои* войска и изгнанный изъ царства, всетаки еще и нынѣ что-то замышляетъ въ отдаленнѣйшихъ земляхъ, будучи защищенъ отъ непобѣдимой десницы Гн. Помпея Мэотидою, тамошними болотами, трудностями пути и высотою горъ; полководецъ *еще* находится на войнѣ и военное положеніе еще донынѣ остается въ тѣхъ мѣстахъ. Неужели же *при такихъ обстоятельствахъ* децемвиры дерзнутъ продавать тѣ земли, надъ которыми вся юрисдикція и власть до сихъ поръ по завѣтамъ предковъ должна быть въ рукахъ Гн. Помпея?...

---

1) M. Ianuario a. 63.

PRO L. MVRENA ORATIO[1]).

XV, 32. Atqui si diligenter quid Mithridates potuerit et quid effecerit et qui vir fuerit consideraris, omnibus regibus, quibuscum populus Romanus bellum gessit, hunc regem nimirum antepones: quem L. Sulla, maximo et fortissimo exercitu, pugnax et acer et non rudis imperator, ut aliud nihil dicam, cum bello invectum totam in Asiam cum pace dimisit: quem L. Murena, pater huiusce, vehementissime vigilantissimeque vexatum, repressum magna ex parte, non oppressum reliquit: qui rex, sibi aliquot annis sumptis ad confirmandas rationes et copias belli, tantum spe conatuque valuit, ut se Oceanum cum Ponto, Sertorii copias cum suis coniuncturum putaret. 33. Ad quod bellum duobus consulibus ita missis, ut alter Mithridatem persequeretur, alter Bithyniam tueretur, alterius res et terra et mari calamitosae vehementer et opes regis et nomen auxerunt: L. Luculli vero res tantae exstiterunt, ut neque maius bellum commemorari possit neque maiore consilio et virtute gestum[2]).... Expulsus regno tandem aliquando tantum tamen consilio atque auctoritate valuit, ut se rege Armeniorum adiuncto novis opibus copiisque renovarit. XVI. Ac si mihi nunc de rebus gestis esset nostri exercitus imperatorisque dicendum, plurima et maxima proelia commemorare possem: sed non id agimus. 34. Hoc dico: si bellum hoc, si hic hostis, si ille rex contemnendus fuisset, neque tanta cura senatus et populus Romanus suscipiendum putasset neque tot annos gessisset neque tanta gloria L. Lucullus: neque vero eius belli conficiendum exitum tanto studio populus Romanus ad Cn. Pompeium detulisset: cuius ex omnibus pugnis, quae sunt innumerabiles, vel acerrima mihi videtur illa, quae cum rege commissa est et summa contentione pugnata. Qua ex pugna cum se ille eripuisset et Bosphorum confugisset, quo exercitus adire non posset, etiam in extrema fortuna et fuga nomen tamen retinuit regium. Itaque ipso Pompeius regno possesso, ex omnibus oris ac notis sedibus

РѢЧЬ ЗА Л. МУРЕНУ.

Если ты тщательно взвѣсишь, каково было могущество Миѳридата, что̀ онъ совершилъ и какой *доблестный* былъ мужъ, то конечно поставишь этого царя выше всѣхъ царей, съ которыми воевалъ Римскій народъ: *самъ* Л. Сулла, *стоявшій во главѣ* огромной и храбрѣйшей арміи, воинственный, ретивый и опытный полководецъ, — чтобы не сказать ничего другого, — отпустилъ съ миромъ этого *царя*, двинувшагося войною на цѣлую Азію; Л. Мурена, отецъ моего кліента, сильно и неутомимо преслѣдовалъ его, но оставилъ лишь значительно приниженнымъ, а не *окончательно* подавленнымъ. Употребивъ нѣсколько лѣтъ для укрѣпленія своихъ военныхъ средствъ и силъ, этотъ царь возымѣлъ такія надежды и планы, что сталъ мечтать о соединеніи Океана съ Понтомъ и Серторіевыхъ войскъ со своими. (33). Для *веденія* этой войны были посланы два консула съ тѣмъ, чтобы одинъ преслѣдовалъ Миѳридата, а другой охранялъ Виѳинію; крайне неудачное веденіе дѣла однимъ изъ нихъ и на сушѣ и на морѣ чрезвычайно возвеличило и могущество и имя царя, а дѣянія Л. Лукулла были таковы, что нельзя припомнить ни болѣе важной войны, ни веденной съ бо́льшимъ умомъ и доблестью... Изгнанный наконецъ изъ царства, *Миѳридатъ* всетаки былъ еще такъ силенъ умомъ и обаяніемъ, что, соединившись съ царемъ Арменіи, возстановилъ съизнова свои средства и войска. Еслибы мнѣ нужно было теперь говорить о подвигахъ нашего войска и полководца, то я могъ бы припомнить множество величайшихъ битвъ; но мы ведемъ рѣчь не о томъ. (34). Скажу одно: еслибы эта война, этотъ непріятель, тотъ царь заслуживали пренебреженія, то ни сенатъ и народъ Римскій не считали бы нужнымъ отнестись къ ней съ такою заботливостью, ни Л. Лукуллъ не велъ бы ее столько лѣтъ и съ такою славой, наконецъ Римскій народъ не вручилъ бы такъ горячо Гн. Помпею окончаніе этой войны. Изъ всѣхъ безчисленныхъ битвъ послѣд-

1) M. Novembri a. 63.
2) Cf. quae dicit Cicero *Acad. pr.* II, 1, 1—3.

hoste pulso, tamen tantum in unius anima posuit, ut, quum omnia, quae ille tenuerat, adierat, sperarat, victoria possideret, tamen non ante quam illum vita expulit bellum confectum iudicarit...

няго мнѣ представляется самою важною та, которая была завязана съ *самимъ* царемъ и ведена съ величайшимъ ожесточеніемъ. Когда Миѳридатъ вырвался изъ этой битвы и бѣжалъ на Воспоръ, куда не было доступа *нашему* войску, то даже въ бѣгствѣ и на краю гибели онъ всетаки сохранилъ царскій титулъ. Вотъ почему Помпей, овладѣвъ самимъ *его* царствомъ и изгнавъ непріятеля со всѣхъ побережій и извѣстныхъ пристанищъ, всетаки придавалъ такое значеніе жизни одного *человѣка*, что, побѣдоносно овладѣвъ всѣмъ тѣмъ, чѣмъ тотъ раньше обладалъ, что занималъ и на что надѣялся, тѣмъ не менѣе счелъ войну оконченною только тогда, когда лишилъ его жизни...

PRO A. LICINIO ARCHIA POETA ORATIO.

IX... 21. Mithridaticum vero bellum, magnum atque difficile et in multa varietate terra marique versatum, totum ab hoc [1]) expressum est: qui libri non modo L. Lucullum, fortissimum et clarissimum virum, verum etiam populi Romani nomen illustrant. Populus enim Romanus aperuit Lucullo imperante Pontum et regiis quondam opibus et ipsa natura et regione vallatum: populi Romani exercitus eodem duce non maxima manu innumerabiles Armeniorum copias fudit...

РѢЧЬ ЗА ПОЭТА А. ЛИЦИНІЯ АРХІЯ.

Важная, трудная и веденная съ весьма перемѣннымъ счастьемъ на сушѣ и на морѣ Миѳридатовская война вся имъ описана. Эти книги прославляютъ не только Л. Лукулла, храбрѣйшаго и славнѣйшаго мужа, но и имя Римскаго народа: вѣдь Римскій народъ во время воеводства Лукулла открылъ Понтъ, раньше защищенный и средствами царя и самою природою и положеніемъ; Римскаго народа войско подъ предводительствомъ того же *Лукулла* съ небольшими сравнительно силами разбило безчисленныя полчища Армянійцевъ...

IN L. CALPVRNIVM PISONEM ORATIO.

VIII, 18... Quis hoc fecit ulla in Scythia tyrannus, ut eos, quos luctu adficeret, lugere non sineret?...

РѢЧЬ ПРОТИВЪ Л. КАЛЬПУРНІЯ ПИЗОНА.

...Какой тираннъ гдѣ-либо въ Скиѳіи поступалъ такъ, чтобы не позволять горевать тѣмъ, кого онъ поражалъ горемъ?...

TVSCVLANARVM DISPVTATIONVM AD BRVTVM LIBRI QVINQVE.

Lib. I, c. 39, § 94... Apud Hypanim fluvium, qui ab Europae parte in Pontum

ТУСКУЛАНСКІЯ БЕСѢДЫ, ПОСВЯЩЕННЫЯ БРУТУ, ВЪ ПЯТИ КНИГАХЪ.

...Аристотель говоритъ, что у рѣки Ипанида, впадающей въ Понтъ съ евро-

1) Scil. ab Archia.

influit, Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci, quae unum diem vivant...

пейской стороны, водятся какія-то маленькія животныя, которыя живутъ *только* одинъ день...

Lib. II, c. 10, § 23—25 fragmentum Promethei Aeschyleae latine versum est, quod v. vol. I, p. 335.

Lib. V, c. 3, § 8 commemoratur «Prometheus adfixus Caucaso».

Lib. V, c. 32, § 90. An Scythes Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere, nostrates philosophi facere non poterunt? Illius epistula fertur his verbis: '*Anacharsis Hannoni salutem. Mihi amictui est Scythicum tegimen, calciamentum solorum callum, cubile terra, pulpamentum fames, lacte, caseo, carne vescor. Quare ut ad quietum me licet venias. Munera autem ista, quibus es delectatus, vel civibus tuis vel dis immortalibus dona* [1]).

Или Скиѳъ Анахарсидъ могъ считать деньги ни за что, а наши философы не могутъ сдѣлать это? Извѣстно его письмо, *изложенное* въ слѣдующихъ словахъ: «Анахарсидъ Аннону *желаетъ* здравія. Мнѣ одѣяніемъ служитъ скиѳскій плащъ, обувью—кожа *моихъ* подошвъ, ложемъ—земля, приправою *кушанья*—голодъ, питаюсь я молокомъ, сыромъ и мясомъ. Поэтому приходи ко мнѣ, какъ къ спокойному. А тѣ блага, которыми ты наслаждался, подари или своимъ согражданамъ, или безсмертнымъ богамъ».

Caucasus Indicus commemoratur lib. II, c. 22, § 52 («Calanus Indus, indoctus ac barbarus, in radicibus Caucasi natus, sua voluntate vivus combustus est») et lib. V, c. 27, § 77 (apud Indos «ei, qui sapientes habentur, nudi aetatem agunt et Caucasi nives hiemalemque vim perferunt» etc.). Cf. etiam *De divin.* I, 19, 36.

DE NATVRA DEORVM
AD M. BRVTVM.

О ПРИРОДѢ БОГОВЪ
КЪ М. БРУТУ.

Lib. II, c. 34, § 88 commemoratur «Scythiae barbaria». Ibid. c. 35, § 89 commemoratur ille apud Accium pastor, qui cum «navem numquam ante vidisset, ut procul divinum et novum vehiculum Argonautarum e monte conspexit», primo admiratus et perterritus est.

Lib. III, c. 19, § 48. Quid deinde? Ino dea dicetur, quae Λευκοθέα a Graecis, a nobis Matuta dicitur, quum sit Cadmi filia, Circe autem et Pasiphaë e Perseide Oceani filia natae, patre Sole, in deorum numero non habebuntur? Quamquam Circen quoque coloni nostri Circeienses religiose colunt. Ergo hanc deam dicis? quid Medeae respondebis, quae duobus avis, Sole et Oceano, Aeeta patre, matre Idyia procreata est?

Что же дальше? Ино, которая у Грековъ называется Λευκοθέα, а у насъ Матuta, будетъ называться богинею, хотя она — дочь Кадма, а Кирка и Пасифая, происшедшія отъ Персеиды, дочери Океана, и отца Солнца, не будутъ считаться въ числѣ боговъ? Впрочемъ и Кирку наши выселенцы Киркейцы почитаютъ какъ богиню. И такъ ты называешь ее богинею? Что же ты отвѣтишь *тогда* Медеѣ, кото-

1) Eandem epistulam graece scriptam v. vol. I p. 895.

Quid huius Absyrto fratri, qui est apud Pacuvium Aegialeus? sed illud nomen veterum litteris usitatius. Qui si di non sunt, vereor quid agat Ino. Haec enim omnia ex eodem fonte fluxerunt.

рая происходитъ отъ двухъ дѣдовъ — Солнца и Океана, отъ отца Эита и матери Идіи? Что *скажешь* брату ея Абсирту? (Онъ у Пакувія носитъ имя Эгіалея, но первое имя болѣе употребительно въ старинной литературѣ). Если они — не боги, то я боюсь, что будетъ дѣлать Ино; ибо все это вытекло изъ одного источника.

Lib. III, c. 21, § 54... Quumque tu Solem, quia solus esset, appellatum esse dicas, Soles ipsi quam multi a theologis proferuntur!.... quintus, qui Colchis fertur Aeetam et Circam procreavisse...

...И хотя ты говоришь, что Sol (Солнце) названъ такъ потому, что онъ — solus (единственный), по какъ много этихъ самыхъ Soles выставляется богословами!... Пятый — *тотъ*, который, по преданію, произвелъ Эита и Кирку...

Lib. III, c. 26, § 67... Atque eadem Medea patrem patriamque fugiens

postquam pater
appropinquat iamque paene ut comprehendatur parat,
puerum interea obtruncat membraque articulatim dividit
perque agros passim dispergit corpus: id ea gratia,
ut dum nati dissipatos artus captaret parens,
ipsa interea effugeret, illum ut maeror tardaret sequi,
sibi salutem ut familiari pareret parricidio.

...И та же Медея, убѣгавшая отъ отца и *изъ* отечества, «когда отецъ приближался и почти уже готовъ былъ схватить ее, убиваетъ мальчика, разрубаетъ его на мелкія части и повсюду разбрасываетъ *куски* тѣла по полямъ: это съ тою цѣлью, чтобы самой успѣть убѣжать, пока родитель будетъ собирать разсѣянные члены сына, и чтобы горе замедлило его погоню, а она родственнымъ убійствомъ снискала бы себѣ спасеніе».

DE RE PVBLICA.

Lib. II, c. 9, § 15... Quam multi, ut Tauri in Axino, ut rex Aegypti Busiris, ut Galli, ut Poeni, homines immolare et pium et dis immortalibus gratissimum esse duxerunt!...

О ГОСУДАРСТВѢ.

Сколь многіе, какъ *напр.* Тавры въ Аксинскомъ *морѣ*, Египетскій царь Бусиридъ, Галлы и Пунійцы, принесеніе людей въ жертву признавали *дѣломъ* благочестивымъ и весьма пріятнымъ безсмертнымъ богамъ!...

CICERONIS SCHOLIASTAE.

СХОЛІАСТЫ ЦИЦЕРОНА.

[Текстъ: M. Tullii Ciceronis opera quae supersunt omnia ed. Io. Casp. Orellius. Vol. V: M. Tullii Ciceronis scholiastae. Edidd. I. C. Orellius et Io. Georg. Baiterus Turicenses. Turici MDCCCXXXIII].

SCHOLIASTA GRONOVIANVS IN ORATIONEM PRO LEGE MANILIA.

ГРОНОВІЕВЪ СХОЛІАСТЪ КЪ РѢЧИ ЗА МАНИЛІЕВО ПРЕДЛОЖЕНІЕ.

[Orelli-Baiter, v. V p. 2, pag. 437 sq.].

Cap. IX. *Medea illa*] Iason missus est aureum vellus adferre. Hunc Medea adamavit et eum adiuvit, deinde redeuntem ad patriam secuta est; Aeetes pater eius, ubi cognovit suae filiae fugam et illius rapinam, persecutus est. Illa fugiens suum fratrem occidit et membra eius per iter dispersit. Quum igitur Aeetes illos persequeretur, vidit suum filium sparsum in via et coepit eum colligere; et quum colligit ita per funus moras, fugam lucrata fuit Medea.

Извѣстная Медея]. Іасонъ былъ посланъ привезти золотое руно. Его полюбила Медея и помогла ему, затѣмъ послѣдовала *за нимъ* при возвращеніи на родину. Отецъ ея Эитъ, узнавъ о бѣгствѣ дочери и похищеніи имъ *руна*, бросился въ погоню. Она въ бѣгствѣ убила своего брата и разбросала по дорогѣ части его *тѣла*. Итакъ, Эитъ, гонясь за ними, увидѣлъ своего сына разбросаннымъ по дорогѣ и сталъ его собирать; когда онъ такимъ образомъ замедлилъ *погоню* ради погребенія, Медея успѣла убѣжать.

CORNELIVS NEPOS.

КОРНЕЛІЙ НЕПОТЪ.

[Современникъ и другъ Цицерона и Т. Помпонія Аттика, ум. въ глубокой старости послѣ 30 г. до Р. Хр., авторъ нѣсколькихъ не сохранившихся историческихъ трудовъ. Ему приписывается сочиненіе *Vitae excellentium imperatorum*, содержащее 23 біографіи не римскихъ полководцевъ и сохранившееся въ рукописяхъ съ именемъ Эмилія Проба, современника имп. Өеодосія, и жизнеописанія Катона и Аттика. — Текстъ: Cornelius Nepos erkl. von K. Nipperdey. 2 Aufl. von B. Lupus. Berl. 1879].

VITAE EXCELLENTIVM IMPERATORVM.

ЖИЗНЕОПИСАНІЯ ЗНАМЕНИТЫХЪ ПОЛКОВОДЦЕВЪ.

I. MILTIADES.

3. Eisdem temporibus Persarum rex Darius ex Asia in Europam exercitu traiecto Scythis bellum inferre decrevit. Pontem fecit in Histro flumine, qua copias traduceret. Eius pontis, dum ipse abesset, custodes reliquit principes, quos secum ex Ionia et Aeolide duxerat... In hoc fuit tum numero Miltiades, cui illa custodia crederetur. (3) Hic cum crebri afferrent nuntii male rem gerere Darium premique a

I. МИЛЬТІАДЪ.

Въ тѣ же времена персидскій царь Дарій, переправивъ войско изъ Азіи въ Европу, рѣшилъ идти войною на Скиөовъ. Для переправы своихъ полчищъ онъ построилъ мостъ на рѣкѣ Истрѣ. На время своего отсутствія онъ оставилъ для охраны моста князей, которыхъ привелъ съ собою изъ Іоніи и Эолиды... Мильтіадъ былъ тогда въ числѣ тѣхъ, которымъ была ввѣрена эта охрана. Когда стали получаться

V. 7 *per iter* coni. Gronov.

Scythis, Miltiades hortatus est pontis custodes, ne a fortuna datam occasionem liberandae Graeciae dimitterent. (4) Nam si cum iis copiis, quas secum transportarat, interisset Darius, non solum Europam fore tutam, sed etiam eos, qui Asiam incolerent Graeci genere, liberos a Persarum futuros dominatione et periculo; et facile effici posse. Ponte enim rescisso regem vel hostium ferro vel inopia paucis diebus interiturum. (5) Ad hoc consilium cum plerique auderent, Histiaeus Milesius, ne res conficeretur, obstitit, dicens: non idem ipsis, qui summas imperii tenerent, expedire et multitudini, quod Darii regno ipsorum niteretur dominatio; quo exstincto ipsos potestate expulsos civibus suis poenas daturos. Itaque adeo se abhorrere a ceterorum consilio, ut nihil putet ipsis utilius quam confirmari regnum Persarum. (6) Huius cum sententiam plurimi essent secuti, Miltiades non dubitans tam multis consciis ad regis aures consilia sua perventura, Chersonesum reliquit ac rursus Athenas demigravit...

частыя извѣстія о томъ, что Дарій дѣйствуетъ неудачно и стѣсненъ Скиѳами, Мильтіадъ сталъ уговаривать охранителей моста, чтобы они не упустили даннаго судьбою случая освободить Грецію: вѣдь если Дарій погибнетъ съ тѣми полчищами, которыя перевелъ съ собою, то не только Европа будетъ безопасна, но и тѣ природные греки, которые живутъ въ Азіи, будутъ свободны отъ господства Персовъ и *отъ грозящей отъ нихъ* опасности. А достигнуть этого легко, ибо въ случаѣ разрушенія моста царь въ теченіе немногихъ дней погибнетъ или отъ непріятельскаго оружія, или отъ голода. Когда большинство склонилось къ этому плану, Истіей Милетскій воспрепятствовалъ его осуществленію, говоря, что личные интересы ихъ самихъ, облеченныхъ верховною властью, не тожественны съ интересами толпы, такъ какъ ихъ господство основывается на царской власти Дарія; если онъ погибнетъ, то они сами будутъ лишены власти и казнены своими согражданами. Поэтому онъ рѣшительно отвергаетъ планъ прочихъ и не считаетъ для нихъ ничего болѣе полезнымъ, какъ укрѣпленіе персидскаго царства. Когда огромное большинство присоединилось къ мнѣнію Истіея, Мильтіадъ, не сомнѣваясь, что при столь многихъ соучастникахъ его планы дойдутъ до ушей царя, покинулъ Херсонисъ и снова переселился въ Аѳины...

[C. IVLIVS CAESAR].

[Г. ЮЛІЙ ЦЕЗАРЬ].

[Знаменитый государственный дѣятель и писатель, род. 13 іюля 100 г., убитъ 15 марта 44 г. до Р. Хр. Писалъ извѣстные мемуары (commentarii) о своихъ войнахъ въ Галліи (7 кн.) и междоусобныхъ (3 кн.) и др. сочиненія. Издаваемые обыкновенно вмѣстѣ съ подлинными сочиненіями Цезаря мемуары о войнахъ Александрійской (48—47 г. до Р. Х.), Африканской и Испанской написаны его сподвижниками, и именно Александрійская война—вѣроятнѣе всего Авломъ Гирціемъ, которому принадлежитъ и 8-я книга мемуаровъ о Галльской войнѣ.—Текстъ: C. Iuli Caesaris commentarii cum A. Hirti aliorumque supplementis. Rec. Bernardus Dinter. Lips. Teubn. 1880].

BELLVM ALEXANDRINVM.

Cap. 78. [Caesar Pharnace ad Zelam victo a. 47] per Gallograeciam Bithyniamque in Asiam iter facit omniumque earum provinciarum de controversiis cognoscit et statuit; iura in tetrarchas, reges, civitates distribuit. Mithridaten Perga-

АЛЕКСАНДРІЙСКАЯ ВОЙНА.

[Цезарь, побѣдивъ Фарнака при Зелѣ въ 47 г.], чрезъ Галлогрецію и Виѳинію направился въ Азію, разузналъ и уладилъ распри всѣхъ тамошнихъ областей и распредѣлилъ права между тетрархами, царями и государствами. Миѳридата Пер-

menum, *a* quo rem feliciter celeriterque gestam in Aegypto supra scripsimus [1]), regio genere ortum, disciplinis etiam regiis educatum — nam Mithridates, rex Asiae totius, propter nobilitatem Pergamo secum parvulum asportaverat in castra multosque retinuerat annos — regem Bospori constituit, qui sub imperio Pharnacis fuerat, provinciasque populi Romani a barbaris atque inimicis regibus interposito amicissimo rege munivit. eidem tetrarchian [legibus] Gallograecorum iure gentis et cognationis adiudicavit occupatam et possessam paucis ante annis a Deiotaro...

гамскаго, счастливыя и быстрыя дѣйствія котораго въ Эгиптѣ мы описали выше, происходившаго изъ царскаго рода и получившаго царское воспитаніе (ибо Миѳридатъ, царь всей Азіи, вслѣдствіе его благороднаго происхожденія еще маленькимъ взялъ его съ собою въ лагерь изъ Пергама и держалъ *при себѣ* много лѣтъ), онъ поставилъ царемъ *на* Воспорѣ, который до тѣхъ поръ находился подъ властью Фарнака, и оградилъ провинціи Римскаго народа отъ враждебныхъ варварскихъ царей, помѣстивъ между ними вполнѣ дружественнаго царя. Ему же присудилъ онъ по народному праву и по родству тетрархію Галлогрековъ, за нѣсколько лѣтъ передъ тѣмъ занятую и подчиненную Дейотаромъ...

C. VALERIVS CATVLLVS.

Г. ВАЛЕРІЙ КАТУЛЛЪ.

[Знаменитый лирическій поэтъ, род., по показанію Іеронима, въ 87 г. до Р Хр., умеръ, по его же свидѣтельству, 30 лѣтъ отъ роду, но на самомъ дѣлѣ не ранѣе 54 г. до Р. Хр.—Текстъ: Catulli Veronensis liber. Recens. Aem. Baehrens. Lips. ap. Teubn. Vol. I—1876, vol. II—1885].

LXIV, 1—7.

Peliaco quondam prognatae vertice pinus
Dicuntur liquidas Neptuni nasse per undas
Phasidos ad fluctus et fines Aeetaeos,
Cum lecti iuvenes, Argivae robora pubis,
Auratam optantes Colchis avertere pellem
Ausi sunt vada salsa cita decurrere puppi,
Caerula verrentes abiegnis aequora palmis...

Говорятъ, что нѣкогда сосны, выросшія на вершинахъ Пелія, плыли по свѣтлымъ волнамъ Нептуна къ теченію Фасида и Эитовымъ предѣламъ, когда отборные юноши, цвѣтъ аргивской молодежи, желая похитить у Колховъ золоченое руно, дерзнули пробѣжать на быстромъ кораблѣ соленыя пучины, разгребая голубыя воды еловыми веслами...

294—297.

Post hunc consequitur sollerti corde Prometheus,
Extenuata gerens veteris vestigia poenae,
Quam quondam triplici restrictus membra catena
Persolvit pendens e verticibus praeruptis...

...За нимъ слѣдуетъ хитроумный Промиѳей, сохраняющій истонченные слѣды стариннаго наказанія, которое онъ нѣкогда понесъ, будучи скованъ тройною цѣпью и вися на обрывистыхъ вершинахъ...

LXIV, v. 296: «triplici *scripsi*: silici V scythicis *Heinsius* in Scythia *Schwabius*». Baehrens.

1) B. Alex. 26 sq.

LXVI, 48—50.

Iuppiter, ut Chalybon omne genus pereat Et qui principio sub terra quaerere venas Institit ac ferri fingere duritiem!	О Юпитеръ, да погибнетъ весь родъ Халивовъ и *тотъ*, кто первый сталъ разыскивать подъ землею жилы и ломать твердость желѣза...

In carmine XI (v. 6) memorantur Sagae (de hac scriptura cf. comment. Baehrensii, v. II, p. 123 sp.).

C. LICINIVS CALVVS. — Г. ЛИЦИНІЙ КАЛЬВЪ.

[Ораторъ и поэтъ, современникъ и другъ Катулла, род. въ 82 г. до Р. Хр., ум. не позже 47.— Собраніе фрагментовъ стихотвореній: Catulli Tibulli Propertii carmina. Accedunt Laevii Calvi Cinnae aliorum reliquiae et Priapea. Rec. Luc. Mueller. Lips. 1870. — Fragmenta poetarum Romanorum rec. Aem. Baehrens. Lips. 1886].

Muellerus fr. 12 (Probus p. 1394=226 K) ex Parrhasii coniectura hoc modo legendum putat: frigida iam celeri peragrata Borusthenis ora. Baehrens p. 321 idem fragmentum dedit ita: frigida iam celeri superata est Bistonis ora. Codd. habent: celeris vergatur vistinis ora. Cum Baehrensio consentit F. Plessis, novissimus fragmentorum Calvi editor. V. libellum 'Calvus. Edition complète etc. par F. Plessis'. Paris. 1896, p. 8 sqq.

P. VERGILIVS MARO. — П. ВЕРГИЛІЙ МАРОНЪ.

[Знаменитый поэтъ, авторъ Энеиды, Буколикъ и Георгикъ, род. 15 октября 70 г. до Р. Хр. въ Andes близъ Мантуи, ум. въ Брундузіи 21 сентября 19 г. до Р. Хр.—Текстъ: P. Vergili Maronis opera rec. Otto Ribbeck. 5 vv. Lips. 1859—68].

BVCOLICA. — БУКОЛИКИ.

Ecl. VI, 41—42.

Hinc lapides Pyrrhae iactos, Saturnia regna Caucaseasque refert volucres furtumque Promethei...	...Затѣмъ [Силенъ въ своей пѣснѣ] говоритъ о камняхъ, брошенныхъ Пиррою, о царствованіи Сатурна, о Кавказскихъ птицахъ и кражѣ Промиѳея...

Ecl. VIII, 95—99.

Has herbas atque haec Ponto mihi lecta venena ipse dedit Moeris (nascuntur pluruma Ponto): his ego saepe lupum fieri et se condere silvis Moerim, saepe animas imis excire sepulchris atque satas alio vidi traducere messis...	[Слова Алфесибея]. Эти травы и эти волшебныя зелья, собранныя въ Понтѣ, гдѣ ихъ родится очень много, далъ мнѣ самъ Мирида: я часто видалъ, какъ Миридъ при помощи ихъ дѣлался волкомъ и скрывался въ лѣсахъ, часто вызывалъ души изъ глубины гробовъ и переводилъ посѣвы *съ одного мѣста* на другое...

LXVI, v. 50: «ferri fingere *Vossius*: ferris fingere O ferris fringere G ferri stringere *Heysius*». Baehr. ferri frangere L. Mueller.

GEORGICA. / ГЕОРГИКИ.

Lib. I, 56—59.

...Nonne vides, croceos ut Tmolus odores,
India mittit ebur, molles sua tura Sabaei,
at Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus
castorea...

...Развѣ ты не видишь, что Тмолъ шлетъ благовонный шафранъ, Индія—слоновую кость, изнѣженные Савеи — свой ѳиміамъ, а обнаженные Халивы—желѣзо и Понтъ—пахучую бобровую струю...

Lib. I, 240—241.

Mundus, ut ad Scythiam Riphaeasque arduus arces
consurgit, premitur Libyae devexus in austros...

Земля круто поднимается къ Скиѳіи и Рифейскимъ твердынямъ и опускается на югѣ, въ Ливіи...

Lib. II, 440—443.

Ipsae Caucaseo steriles in vertice silvae,
quas animosi euri adsidue franguntque feruntque,
dant alios aliae fetus, dant utile lignum
navigiis pinus, domibus cedrumque cupressosque...

Даже скудные лѣса на вершинѣ Кавказа, которые постоянно ломаютъ и разносятъ бурные Евры, приносятъ разные плоды и даютъ полезный строевой матеріалъ: сосну для кораблей, кедръ и кипарисъ для домовъ...

Lib. III, 196—198.

Qualis Hyperboreis aquilo cum densus ab oris
incubuit, Scythiaeque hiemes atque arida differt
nubila...

Такъ Аквилонъ, свирѣпо дуя съ иперборейскихъ береговъ, разноситъ скиѳскіе холода и сухія облака...

Lib. III, 349—383.

At non qua Scythiae gentes Maeotiaque unda,
turbidus et torquens flaventis Hister harenas,
quaque redit medium Rhodope porrecta sub axem.
illic clausa tenent stabulis armenta, neque ullae
aut herbae campo apparent aut arbore frondes;
set iacet aggeribus niveis informis et alto
terra gelu late, septemque adsurgit in ulnas.
semper hiemps, semper spirantes frigora cauri.
tum Sol pallentis haut umquam discutit umbras,
nec cum invectus equis altum petit aethera, nec cum

Но не *такъ поступаютъ тамъ*, гдѣ *находятся* Скиѳскія племена и Мэотійскія воды, гдѣ мутный Истръ катитъ желтые пески и гдѣ Родопа простирается до средины полюса: тамъ держатъ скотъ взаперти на скотныхъ дворахъ; тамъ не видно ни травы на лугахъ, ни зелени на деревьяхъ; безформенная земля широко лежитъ подъ снѣжными сугробами и глубокими льдами и поднимается до семи локтей *въ вышину*. Тамъ вѣчная зима, вѣчно дуютъ холодомъ Кавры. Тамъ солнце никогда не разсѣеваетъ блѣдныхъ тѣней, — ни *тогда*, когда на своихъ коняхъ поднимается высоко въ эѳиръ, ни *тогда*, когда омываетъ красною водою Океана круто спустившуюся колесницу. Въ текущей рѣкѣ вдругъ образуется твер-

praecipitem Oceani rubro lavit aequore currum.
concrescunt subitae currenti in flumine crustae,
undaque iam tergo ferratos sustinet orbis
puppibus illa prius, patulis nunc hospita plaustris;
aeraque dissiliunt volgo, vestesque rigescunt
indutae, caeduntque securibus umida vina,
et totae solidam in glaciem vertere lucunae,
stiriaque inpexis induruit horrida barbis.
interea toto non setius aere ninguit:
intereunt pecudes, stant circumfusa pruinis
corpora magna boum, confertoque agmine cervi
torpent mole nova et summis vix cornibus extant.
hos non immissis canibus, non cassibus ullis
puniceaeve agitant pavidos formidine pinnae,
set frustra oppositum trudentis pectore montem
comminus obtruncant ferro, graviterque rudentis
caedunt, et magno laeti clamore reportant.
ipsi in defossis specubus secura sub alta
otia agunt terra, congestaque robora totasque
advolvere focis ulmos ignique dedere;
hic noctem ludo ducunt, et pocula laeti
fermento atque acidis imitantur vitea sorbis.
talis Hyperboreo septem subiecta trioni
gens effrena virum Riphaeo tunditur euro
et pecudum fulvis velatur corpora saetis.

дая кора, и вода, раньше гостепріимная для судовъ, а теперь — для широкихъ повозокъ, выдерживаетъ на своемъ хребтѣ окованныя желѣзомъ колеса. Часто лопаются мѣдные сосуды, твердѣютъ надѣтыя одежды, рубятъ топорами замерзшія вина, стоячія воды цѣликомъ превращаются въ крѣпкій ледъ и колючія сосульки твердѣютъ въ нечесанныхъ бородахъ. Между тѣмъ снѣгъ идетъ по всему воздуху; гибнутъ стада, большія туши быковъ стоятъ, окруженныя снѣгами, и олени густыми стадами увязаютъ въ новыхъ *снѣжныхъ* скалахъ, изъ которыхъ едва видпѣются верхушки ихъ роговъ. Тутъ на нихъ не натравляютъ собакъ, не разставляютъ сѣтей, не обращаютъ въ бѣгство, дрожащихъ отъ ужаса, пуническими стрѣлами, но бьютъ въ упоръ желѣзомъ, пока они тщетно стараются пробить грудью противостоящія горы *снѣга*, убиваютъ тяжко ревущихъ и весело уносятъ *домой* съ громкими криками. Сами *жители* проводятъ свои безмятежные досуги въ вырытыхъ пещерахъ глубоко подъ землею, прикатываютъ къ очагамъ собранные дубы и цѣлые вязы и предаютъ ихъ огню. Здѣсь они проводятъ ночи въ играхъ и весело замѣняютъ въ чашахъ вино кумысомъ и кислымъ сокомъ рябины. Таково свободное племя, которое подъ иперборейской медвѣдицей поражается дуновеніемъ рифейскаго Евра и прикрывается щетинистыми рыжими шкурами животныхъ.

Lib. III, 457—463.

Quin etiam, ima dolor balantum lapsus ad ossa
cum furit atque artus depascitur arida febris,
profuit incensos aestus avertere et inter
ima ferire pedis salientem sanguine venam,
Bisaltae quo more solent acerque Gelonus,
cum fugit in Rhodopen atque in deserta Getarum,
et lac concretum cum sanguine potat equino.

...Мало того, когда свирѣпствуетъ боль, проникшая до самыхъ костей блеющихъ *овецъ*, и изсушающая лихорадка грызетъ ихъ члены, полезно бываетъ отвратить возникшій жаръ и вскрыть обильную кровью жилу въ нижней части ноги, какъ это обыкновенно дѣлаютъ Бизалты и отважные Гелоны, когда они перекочевываютъ на Родопу и въ гетскія пустыни и пьютъ сгущенное молоко съ конскою кровью...

Lib. IV, 517—520.

Solus Hyperboreas glacies Tanaimque nivalem

Орфей въ одиночествѣ посѣщалъ иперборейскіе льды, снѣжный Танаидъ и

arvaque Riphaeis numquam viduata pruinis
lustrabat raptam Eurydicen atque inrita Ditis
dona querens...

поля, никогда не освобождающіяся отъ рифейскихъ инеевъ, жалуясь на похищеніе Евридики и на тщетные дары Плутона...

AENEIS. — ЭНЕИДА.

Lib. IV, 365—367.

(Dido Aeneae dicit):
Nec tibi diva parens, generis nec Dardanus auctor,
perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus Hyrcanaeque admorunt ubera tigres...

(Дидона говоритъ Энею):
Нѣтъ, вѣроломный, не богиня твоя мать, не Дарданъ родоначальникъ: тебя породилъ Кавказъ, страшный крѣпкими скалами, и вскормили *своими* сосцами Ирканскія тигрицы...

Lib. VI, 798—800.

Huius in adventum iam nunc et Caspia regna
responsis horrent divom et Maeotia tellus
et septemgemini turbant trepida ostia Nili...

...И теперь уже, по предсказаніямъ боговъ, страшатся его пришествія Каспійскія царства и Мэотійская земля, и мятутся дрожащія устья семиустнаго Нила...

Lib. VIII, 724—728.

Hic Nomadum genus et discinctos Mulciber Afros,
hic Lelegas Carasque sagittiferosque Gelonos
finxerat; Euphrates ibat iam mollior undis,
extremique hominum Morini Rhenusque bicornis,
indomitique Dahae et pontem indignatus Araxes...

Здѣсь Мульциберъ изобразилъ родъ Номадовъ и распоясанныхъ Африканцевъ, здѣсь Лелеговъ, Карійцевъ и стрѣлоносныхъ Гелоновъ; *здѣсь* текли уже болѣе кроткія волны Евфрата, *здѣсь были* крайніе изъ людей Морины, двурогій Рейнъ, неукротимые Даги и не терпящій мостовъ Араксъ...

Lib. XI, 659—663.

Quales Thraeiciae cum flumina Thermodontis
pulsant et pictis bellantur Amazones armis
seu circum Hippolyten, seu cum se Martia curru
Penthesilea refert, magnoque ululante tumultu
feminea exsultant lunatis agmina peltis...

Такъ ѳракійскія Амазонки бьютъ берега Ѳермодонта, воюя въ цвѣтныхъ доспѣхахъ или вокругъ Ипполиты, или когда воинственная Пенѳесилія несется на колесницѣ, и женскія рати съ шумомъ и громкими криками скачутъ съ луннообразными щитами...

Praeterea commemorantur: Scythia *Ecl.* I, 65; «Argo quae vehat delectos heroas» *Ecl.* IV, 34—35; picti Geloni *Georg.* II, 115; «coniurato descendens Dacus ab Histro» *Georg.* II, 497; Phasis *Georg.* IV, 367; «saxosus sonans Hypanis» *Georg.* IV, 370; Getae *Georg.* IV, 463 et *Aen.* VII, 605 (ibid. Hyrcani et Parthi); picti Agathyrsi (in feriis Apollinis Delii) *Aen.* IV, 146; Chalybes *Aen.* VIII, 421 et X, 174 (Ilva «insula inexhaustis Chalybum generosa metallis»).

COMMENTARII IN VERGILIVM. ОБЪЯСНЕНІЯ КЪ ВЕРГИЛІЮ.

MAVRVS SERVIVS HONORATVS. МАВРЪ СЕРВІЙ ГОНОРАТЪ.

[Грамматикъ IV в. по Р. Хр., извѣстный своими комментаріями къ Вергилію и др. трудами, отчасти дошедшими до насъ. Текстъ: Servii grammatici qui feruntur in Vergilii carmina commentarii. Rec. G. Thilo et H. Hagen. Vol. I—III. Lips. 1881—87].

IN VERGILII AENEIDEM COMMENTARIVS.

Lib. I, v. 490... Amazones dictae sunt vel quod simul vivant sine viris, quasi ἅμα ζῶσαι, vel quod unam mammam exustam habeant, quasi ἄνευ μαζοῦ. Has autem iam non esse constat, utpote extinctas partim ab Hercule, partim ab Achille...

Lib. II, v. 601... Helenam vero inmortalem fuisse indicat tempus. Nam constat fratres eius cum Argonautis fuisse: Argonautarum filii cum Thebanis bello [1]) dimicaverunt. item illorum filii contra Troiam bella gesserunt. ergo si inmortalis Helena non fuisset, tot sine dubio saeculis durare non posset...

v. 626. P... Oceani filia... Iasonem tunc ad Colchos euntem inefficaciter adamavit...

Lib. III, v. 35... *Geticis* Thraciis. Getae autem populi sunt Mysiae; quac, quia lata est, multos continet gentes.

v. 209... Phineus... Iasonem cum Argonautis propter vellus aureum Colchos petentem suscepit hospitio...

v. 331. Orestes... cum adolevisset cum amico Pylade, tam Aegisthum quam matrem peremit; ob quam causam furiis agitatus est nec ante furore liberatus, quam pervenisset in Tauricam regionem, ubi so-

ОБЪЯСНЕНІЕ КЪ ЭНЕИДѢ ВЕРГИЛІЯ.

...Амазонки названы *такъ* или потому, что живутъ вмѣстѣ безъ мужей, какъ бы ἅμα ζῶσαι (вмѣстѣ живущія), или же потому, что имѣютъ одну грудь выжженную, какъ бы ἄνευ μαζοῦ (безъ груди). Извѣстно, что онѣ уже не существуютъ, будучи истреблены частію Иракломъ, частію Ахилломъ...

...Время показываетъ, что Елена была безсмертна. Ибо извѣстно, что ея братья были съ Аргонавтами; сыновья Аргонавтовъ сражались съ Θиванцами въ войнѣ; точно также ихъ сыновья вели войны противъ Трои. Стало быть, еслибы Елена не была безсмертна, то, безъ сомнѣнія, не могла бы жить столько вѣковъ...

П... дочь Океана... безплодно полюбила Іасона, отправлявшагося тогда къ Колхамъ...

[Помпей Трогъ, современникъ Т. Ливія, первый изъ латинскихъ авторовъ написалъ всеобщую исторію подъ заглавіемъ Historiae Philippicae въ 44 кн., которую, по свидѣтельству монаха Матѳея Вестминстерскаго (нач. XIV в.), окончилъ въ 9 г. по Р. Хр. Къ сожалѣнію, подлинное сочиненіе Трога до насъ не дошло: сохранились только введенія (prologi) къ отдѣльнымъ книгамъ, вкратцѣ излагающія ихъ содержаніе, и сокращеніе (epitoma) исторіи, составленное М. Юніаномъ Юстиномъ, время жизни котораго съ точностью не извѣстно: нѣкоторые ученые полагаютъ, что epitoma составлена во времена Антониновъ, другіе (Нибуръ, Лахманъ, Шанцъ и др.) относятъ ее къ III в. по Р. Хр.—Текстъ: M. Iuniani Iustini epitoma historiarum Philippicarum Pompei Trogi ex recens. Fr. Ruehl. Accedunt Prologi in Pompeium Trogum ab Alfr. de Gutschmid recensiti. Lips. ap. Teubn. 1886].

PROLOGI HISTORIARVM PHILIPPICARVM POMPEI TROGI.

Prologus libri IX.

Nono volumine continentur haec... Byzantii origines, a cuius obsidione summotus Philippus Scythiae bellum intulit. Repetitae

ВВЕДЕНІЯ КЪ ФИЛИППОВСКИМЪ ИСТОРІЯМЪ ПОМПЕЯ ТРОГА.

Введеніе къ книгѣ IX.

Въ девятой книгѣ содержится слѣдующее: ...происхожденіе Византіи, по снятіи осады которой Филиппъ вступилъ въ войну

inde Scythicae res ab his temporibus, in quibus illa prius finierant, usque ad Philippi bellum, quod cum Athea Scythiae rege gessit...

со Скиѳами. Затѣмъ излагается исторія Скиѳіи съ того времени, которымъ было закончено ея изложеніе ранѣе, до войны, веденной Филиппомъ съ Скиѳскимъ царемъ Аѳеемъ...

Prologus libri XXXVII.

Septimo et tricensimo volumine continentur haec. Repetitis regum Ponticorum originibus, ut ad ultimum Mithridatem Eupatora series imperii deducta sit, atque ut ingressus ille regnum subegit Pontum et Paphlagoniam, priusquam in bella Romana descendit. Dictaeque in excessu regum Bosporanorum et Colchorum origines et res gestae.

Введеніе къ книгѣ XXXVII.

Въ тридцать седьмой книгѣ содержится слѣдующее: по изложеніи происхожденія Понтійскихъ царей, какъ престолъ перешелъ къ послѣднему Миѳридату Евпатору и какъ онъ, вступивъ на престолъ, покорилъ Понтъ и Пафлагонію прежде, чѣмъ приступилъ къ войнамъ съ Римлянами. Въ видѣ отступленія изложены происхожденіе и дѣянія царей Боспорскихъ и Колхидскихъ.

M. IVNIANI IVSTINI EPITOMA.

Lib. I, c. 1, § 4. Primus omnium Ninus, rex Assyriorum, veterem et quasi avitum gentibus morem nova imperii cupiditate mutavit. Hic primus intulit bella finitimis et rudes adhuc ad resistendum populos terminos usque Libyae perdomuit. Fuere quidem temporibus antiquiores Vezosis Aegyptius et Scythiae rex Tanaus, quorum alter in Pontum, alter usque Aegyptum excessit. Sed longinqua, non finitima gerebant bella contentique victoria non imperium sibi, sed populis suis gloriam quaerebant.

СОКРАЩЕНІЕ М. ЮНІАНА ЮСТИНА.

Ассирійскій царь Нинъ первый измѣнилъ старинный, какъ бы дѣдовскій обычай народовъ, небывалымъ стремленіемъ къ власти: онъ первый сталъ воевать съ сосѣдями и покорилъ неопытные еще въ сопротивленіи народы вплоть до предѣловъ Ливіи. Правда, раньше его жили Эгипетскій *царь* Везосисъ и Скиѳскій — Танай, изъ которыхъ первый доходилъ до Понта, а послѣдній — до Эгипта. Но они вели войны съ отдаленными народами, а не съ сосѣдями, и, довольствуясь побѣдою, искали не власти себѣ, а славы своимъ народамъ.

Lib. I, c. 8. Cyrus subacta Asia et universo Oriente in potestatem redacto Scythis bellum infert. (2) Erat eo tempore regina Scytharum Tamyris, quae non muliebriter adventu hostium territa, cum prohibere eos transitu Oaxis fluminis posset, transire permisit, et sibi faciliorem pugnam intra regni sui terminos rata et hostibus obiectu fluminis fugam difficiliorem. (3) Itaque Cyrus traiectis copiis, cum aliquantisper in Scythiam processisset, castra metatus est. (4) Dein postera die simulato metu, quasi refugiens castra deseruisset, ita vini adfatim et ea, quae epulis erant necessaria, reliquit. (5) Quod cum nuntiatum reginae esset, adulescentulum filium ad persequendum eum cum tertia parte copia-

Киръ, подчинивъ Азію и покоривъ подъ свою власть весь Востокъ, пошелъ войною на Скиѳовъ. Надъ Скиѳами въ то время царствовала Тамирисъ; не испугавшись по-женски нашествія враговъ, она, хотя имѣла возможность помѣшать имъ переправиться чрезъ рѣку Оаксъ, допустила эту переправу, такъ какъ полагала, что ей самой легче будетъ бороться въ предѣлахъ своего царства, а врагамъ труднѣе будетъ бѣжать въ виду представляемаго рѣкою препятствія. Итакъ Киръ, переправивъ войско и пройдя немного вглубь Скиѳіи, остановился лагеремъ. Затѣмъ на другой день онъ, какъ бы убѣгая въ притворномъ страхѣ, покинулъ лагерь, оставивъ въ немъ достаточное количество

rum mittit. (6) Cum ventum ad castra Cyri esset, ignarus rei militaris adulescens, veluti ad epulas, non ad proelium venisset, omissis hostibus insuetos barbaros vino se onerare patitur, (7) priusque Scythae ebrietate quam bello vincuntur. (8) Nam cognitis his Cyrus reversus per noctem saucios opprimit omnesque Scythas cum reginae filio interfecit. (9) Amisso tanto exercitu et, quod gravius doleret, unico filio Tamyris orbitatis dolorem non in lacrimas effudit, sed in ultionis solacia intendit hostesque recenti victoria exultantes pari insidiarum fraude circumvenit: (10) quippe simulata diffidentia propter vulnus acceptum refugiens Cyrum ad angustias usque perduxit. (11) Ibi conpositis in montibus insidiis ducenta milia Persarum cum ipso rege trucidavit. (12) In qua victoria etiam illud memorabile fuit, quod ne nuntius quidem tantae cladis superfuit. (13) Caput Cyri amputatum in utrem humano sanguine repletum conici regina iubet cum hac exprobratione crudelitatis: 'satia te sanguine', inquit, 'quem sitisti cuiusque insatiabilis semper fuisti'.

вина и всѣ припасы для пиршества. Когда объ этомъ было возвѣщено царицѣ, она послала въ погоню за нимъ своего молоденькаго сына съ третьей частью военныхъ силъ. Подойдя къ лагерю Кира, неопытный въ военномъ дѣлѣ юноша, какъ будто бы придя на пиръ, а не на битву, оставилъ въ покоѣ враговъ и допустилъ непривычныхъ къ вину варваровъ упиться имъ; такимъ образомъ Скиѳы были прежде побѣждены опьяненіемъ, чѣмъ войною: ибо Киръ, узнавъ объ этомъ, ночью возвратился, напалъ на пьяныхъ и перебилъ всѣхъ Скиѳовъ вмѣстѣ съ сыномъ царицы. Потерявъ такое войско и, что было для нея еще прискорбнѣе, единственнаго сына, Тамирисъ не стала изливать въ слезахъ горесть о своемъ сиротствѣ, а стала искать утѣшенія въ мести и обошла упоенныхъ недавнею побѣдою враговъ подобнымъ же коварствомъ: именно, обратившись въ бѣгство въ притворномъ отчаяніи вслѣдствіе полученнаго пораженія, она завлекла Кира въ ущелье и тамъ, устроивъ засаду въ горахъ, истребила 200000 Персовъ вмѣстѣ съ царемъ. Въ этой побѣдѣ было замѣчательно, между прочимъ, то, что не осталось даже вѣстника о такомъ громадномъ пораженіи. Отрѣзанную голову Кира царица приказала бросить въ наполненный человѣческою кровью мѣхъ съ слѣдующею насмѣшкою надъ *его* жестокостью: «Насыться крови, сказала она, которой ты жаждалъ и которой никогда не могъ насытиться».

Lib. II, c. 1. In relatione rerum ab Scythis gestarum, quae satis amplae magnificaeque fuerunt, principium ab origine repetendum est. (2) Non enim minus inlustria initia quam imperium habuere, nec virorum magis quam feminarum virtutibus claruere; (3) quippe cum ipsi Parthos Bactrianosque, feminae autem eorum Amazonum regna condiderint, (4) prorsus ut res gestas virorum mulierumque considerantibus incertum sit, uter apud eos sexus inlustrior fuerit. (5) Scytharum gens antiquissima semper habita, quamquam inter Scythas et Aegyptios diu contentio de generis vetustate fuerit (6) Aegyptiis praedicantibus, initio rerum, cum aliae terrae nimio fervore solis arderent, aliae rigerent frigoris inmanitate,

Разсказъ о подвигахъ Скиѳовъ, которые были достаточно велики и важны, слѣдуетъ вести съ самаго ихъ происхожденія: начало ихъ *исторіи* было не менѣе славно, чѣмъ ихъ владычество, и доблестями мужей они прославились не болѣе, чѣмъ женщинъ; въ самомъ дѣлѣ, сами они были родоначальниками Парѳянъ и Бактрійцевъ, а жены ихъ основали царство Амазонокъ, такъ что, если разбирать подвиги мужчинъ и женщинъ, то останется неизвѣстнымъ, который полъ былъ у нихъ славнѣе. Скиѳское племя всегда считалось самымъ древнимъ, хотя между Скиѳами и Египтянами долго былъ споръ о древности происхожденія: Египтяне хвалились, что при началѣ міра, когда однѣ

ita ut non modo primae generare homines, sed ne advenas quidem recipere ac tueri possent, prius quam adversus calorem vel frigus velamenta corporis invenirentur vel locorum vitia quaesitis arte remediis mollirentur, (7) Aegyptum ita temperatam semper fuisse, ut neque hiberna frigora nec aestivi solis ardores incolas eius premerent, (8) solum ita fecundum, ut alimentorum in usum hominum nulla terra feracior fuerit. (9) Iure igitur ibi primum homines natos videri debere, ubi educari facillime possent. (10) Contra Scythae caeli temperamentum nullum esse vetustatis argumentum putabant. (11) Quippe naturam, cum primum incrementa caloris ac frigoris regionibus distinxit, statim ad locorum patientiam animalia quoque generasse; (12) sed et arborum ac frugum pro rerum condicione apte genera variata. (13) Et quanto Scythis sit caelum asperius quam Aegyptiis, tanto et corpora et ingenia esse duriora. (14) Ceterum siquidem mundi, quae nunc partes sunt, aliquando unitas fuit, sive inluvies aquarum principio rerum terras obrutas tenuit, sive ignis, qui et mundum genuit, cuncta possedit, utrisque primordii Scythas origine praestare. (15) Nam si ignis prima possessio rerum fuit, qui paulatim extinctus sedem terris dedit, nullam prius quam septentrionalem partem hiemis rigore ab igne secretam, adeo ut nunc quoque nulla magis rigeat frigoribus; (16) Aegyptum vero et totum orientem tardissime temperatum, quippe qui etiam nunc torrenti calore solis exaestuet. (17) Quodsi omnes quondam terrae submersae profundo fuerunt, profecto editissimam quamque partem decurrentibus aquis primum detectam, humillimo autem solo eandem aquam diutissime inmoratam; (18) et quanto prior quaeque pars terrarum siccata sit, tanto prius animalia generare coepisse. (19) Porro Scythiam adeo editiorem omnibus terris esse, ut cuncta flumina ibi nata in Maeotim, tum deinde in Ponticum et Aegyptium mare decurrant; (20) Aegyptum autem, quae tot regum, tot saeculorum cura inpensaque munita sit et adversum vim incurrentium aquarum tantis instructa molibus, tot fossis concisa, ut, cum his arceantur, illis recipiantur aquae, nihilo minus coli nisi excluso Nilo non potuerit nec possit, videri hominum vetustate ultimam [quae ex aggerationibus re-

страны пылали отъ чрезмѣрнаго солнечнаго жара, а другія коченѣли отъ ужаснаго холода, такъ что не могли не только первыми произвести людей, но даже принимать пришельцевъ и предоставлять имъ сносныя условія жизни, пока не были найдены средства защиты отъ жара и холода или неблагопріятныя условія мѣстностей были облегчены искусственными средствами, — въ это время-де Эгипетъ обладалъ климатомъ настолько умѣреннымъ, что ни зимніе холода, ни лѣтній солнечный зной не причиняли страданій его обитателямъ, а почва его была настолько плодородна, что ни одна страна не производила болѣе продовольствія на пользу людямъ: поэтому-де первоначальною родиною людей съ полнымъ правомъ должна считаться та страна, гдѣ они легче всего могли вскормиться. Напротивъ, Скиѳы вовсе не признавали умѣренность климата доказательствомъ древности: природа дескать, какъ только распредѣлила по странамъ начала жара и холода, немедленно произвела и живыя существа, способныя переносить климатъ каждой мѣстности; даже породы деревьевъ и плодовъ видоизмѣняются сообразно съ мѣстными условіями. Насколько климатъ Скиѳіи суровѣе эгипетскаго, настолько выносливѣе тамъ тѣла и души. Впрочемъ, если нынѣшнія части свѣта нѣкогда составляли одно цѣлое, то заливалъ ли первоначально земли водный потокъ, или вездѣ царилъ огонь, изъ котораго и созданъ міръ, въ Скиѳіи скорѣе могла развиться и та и другая стихія: если первоначально владычествовалъ въ мірѣ огонь, который, понемногу погасая, далъ мѣсто землямъ, то ни одна часть свѣта не была выдѣлена изъ огня раньше, чѣмъ сѣверная вслѣдствіе зимнихъ холодовъ, такъ что даже и теперь ни одна болѣе не цѣпенѣетъ отъ холодовъ; тогда какъ Эгипетъ и весь Востокъ позже всѣхъ получили умѣренную температуру, такъ какъ они и теперь еще высыхаютъ отъ жгучаго солнечнаго зноя; если же всѣ земли нѣкогда были глубоко затоплены, то, конечно, прежде всего обнажились вслѣдствіе стока водъ наиболѣе выдающіяся части, а на самыхъ низменныхъ мѣстахъ та же вода стояла дольше всего; и чѣмъ раньше высохла какая-нибудь часть земли,

gum sive Nili trahentis limum terrarum recentissima videatur]. His igitur argumentis superatis Aegyptiis antiquiores semper Scythae visi.

тѣмъ раньше начала она производить живыя существа. Скиѳія же до такой степени возвышеннѣе всѣхъ земель, что всѣ начинающіяся въ ней рѣки стекаютъ въ Мэотиду, а затѣмъ уже въ Понтійское и Эгипетское море; тогда какъ Эгипетъ, который укрѣпленъ стараніями и трудами столькихъ царей и вѣковъ, который противъ напора вливающихся водъ застроенъ такими громадными плотинами и изрѣзанъ столькими каналами, принимающими въ себя задержанныя плотинами воды, тѣмъ не менѣе могъ и можетъ быть воздѣлываемъ только подъ условіемъ загражденія Нила и поэтому кажется послѣднею страною въ отношеніи древности обитателей, такъ какъ онъ и образованъ, повидимому, позднѣе всѣхъ странъ посредствомъ царскихъ плотинъ или иловыхъ наносовъ Нила. Такими доказательствами Скиѳы одержали верхъ надъ Эгиптянами и всегда казались народомъ болѣе древняго происхожденія.

2. Scythia autem in orientem porrecta includitur ab uno latere Ponto, ab altero montibus Riphaeis, a tergo Asia et Phasi flumine. (2) Multum in longitudinem et latitudinem patet. (3) Hominibus inter se nulli fines. Neque enim agrum exercent, nec domus illis ulla aut tectum aut sedes est, armenta et pecora semper pascentibus et per incultas solitudines errare solitis. (4) Uxores liberosque secum in plaustris vehunt, quibus coriis imbrium hiemisque causa tectis pro domibus utuntur. (5) Iustitia gentis ingeniis culta, non legibus. (6) Nullum scelus apud eos furto gravius: quippe sine tecto munimentoque pecora et armenta habentibus quid inter silvas superesset, si furari liceret? (7) Aurum et argentum non perinde ac reliqui mortales adpetunt. (8) Lacte et melle vescuntur. (9) Lanae his usus ac vestium ignotus, [et] quamquam continuis frigoribus urantur; pellibus tamen ferinis ac murinis utuntur. (10) Haec continentia illis morum quoque iustitiam edidit, nihil alienum concupiscentibus; quippe ibi divitiarum cupido est, ubi et usus. (11) Atque utinam reliquis mortalibus similis moderatio abstinentiaque alieni foret; (12) profecto non tantum bellorum per omnia saecula terris omnibus continuaretur, (13) neque plus hominum ferrum et arma quam naturalis fatorum condicio

2. Скиѳія, разстилаясь по восточному направленію, съ одной стороны ограничивается Понтомъ, съ другой — Рифэйскими горами, съ тылу — Азіей и рѣкой Фасидомъ. Она очень велика и въ длину и въ ширину. Между отдѣльными народами нѣтъ никакихъ границъ: они не занимаются земледѣліемъ, у нихъ нѣтъ ни домовъ, ни другихъ жилищъ, ни постоянныхъ мѣстъ жительства, такъ какъ они постоянно пасутъ стада крупнаго и мелкаго скота и по привычкѣ кочуютъ по невоздѣланнымъ степямъ. Женъ и дѣтей они возятъ съ собою на повозкахъ, которыя покрываются кожами для защиты отъ дождей и зимнихъ холодовъ и служатъ имъ жилищами. Понятіе о справедливости внушено имъ собственнымъ умомъ, а не законами. Самымъ тяжкимъ преступленіемъ у нихъ считается воровство: въ самомъ дѣлѣ, у народа, не прибѣгающаго подъ защиту кровли и владѣющаго только крупнымъ и мелкимъ скотомъ, что оставалось бы въ лѣсахъ, если бы воровство считалось позволительнымъ? Къ золоту и серебру они не питаютъ страсти подобно остальнымъ смертнымъ. Пищею имъ служитъ молоко и медъ; употребленіе шерстяныхъ одеждъ имъ неизвѣстно и, хотя они страдаютъ отъ постоянныхъ холодовъ, но употребляютъ для одежды только звѣ-

raperet; (14) prorsus ut admirabile videatur, hoc illis naturam dare, quod Graeci longa sapientium doctrina praeceptisque philosophorum consequi nequeunt, cultosque mores incultae barbariae conlatione superari. (15) Tanto plus in illis proficit vitiorum ignoratio quam in his cognitio virtutis.

риныя и мышиныя шкуры. Эта воздержность произвела у нихъ и справедливость нравовъ, именно отсутствіе страсти къ чужому: вѣдь страсть къ богатствамъ бываетъ только тамъ, гдѣ умѣютъ ими пользоваться. Весьма удивительнымъ кажется, что сама природа даетъ имъ то, чего Греки не могутъ достигнуть путемъ длинной науки мудрецовъ и наставленій философовъ, и что необразованное варварство при сравненіи оказывается выше образованныхъ нравовъ: настолько первымъ полезнѣе незнакомство съ пороками, чѣмъ послѣднимъ знаніе добродѣтели.

3. Imperium Asiae ter quaesivere; ipsi perpetuo ab alieno imperio aut intacti aut invicti mansere. (2) Dareum, regem Persarum, turpi a Scythia submoverunt fuga, (3) Cyrum cum omni exercitu trucidaverunt, (4) Alexandri Magni ducem Zopyriona pari ratione cum copiis universis deleverunt. (5) Romanorum audivere, non sensere arma. (6) Parthicum et Bactrianum imperium ipsi condiderunt. (7) Gens laboribus et bellis aspera, vires corporum inmensae; nihil parare, quod amittere timeant, nihil victores praeter gloriam concupiscunt. (8) Primus Scythis bellum indixit Vezosis, rex Aegyptius, missis primo legatis, qui hostibus parendi legem dicerent. (9) Sed Scythae iam ante de adventu regis a finitimis certiores facti legatis respondent: (10) tam opulenti populi ducem stolide adversus inopes occupasse bellum, (11) quod magis domi fuerit illi timendum, quod belli certamen anceps, praemia victoriae nulla, damna manifesta sint. (12) Igitur non expectaturos Scythas, dum ad se veniatur, cum tanto sibi plura in hoste concupiscenda sint, ultroque praedae ituros obviam. (13) Nec dicta res morata. Quos cum tanta celeritate advenire rex didicisset, in fugam vertitur exercituque cum omni apparatu belli relicto in regnum trepidus se recepit. (14) Scythas ab Aegypto paludes prohibuere. (15) Inde reversi Asiam perdomitam vectigalem fecere, modico tributo magis in titulum imperii quam in victoriae praemium inposito. (16) XV annis pacandae Asiae inmorati uxorum flagitatione revocantur, per legatos denuntiantibus, ni redeant, subolem se ex finitimis quaesituras nec passuras, ut in posteritatem Scytharum genus per feminas intercidat. (17) His igitur Asia

3. Владычества надъ Азіей Скиѳы добивались трижды; сами они постоянно оставались или не тронутыми, или не побѣжденными чуждымъ владычествомъ. Персидскаго царя Дарія они съ позоромъ выгнали изъ Скиѳіи; Кира перерѣзали со всѣмъ войскомъ; Зопиріона, полководца Александра Великаго, точно такъ же уничтожили со всею арміею; оружіе Римлянъ узнали только по слухамъ, но не почувствовали. Сами они основали Парѳянское и Бактрійское царства. Все племя отличается выносливостью въ трудахъ и на войнѣ и необычайною тѣлесною силою; они не пріобрѣтаютъ ничего такого, что боялись бы потерять, а оставаясь побѣдителями, ничего не желаютъ, кромѣ славы. Первый объявилъ войну Скиѳамъ египетскій царь Везосисъ, пославъ напередъ пословъ предложить врагамъ изъявить покорность; но Скиѳы, уже ранѣе получившіе отъ сосѣдей извѣстіе о нашествіи царя, отвѣтили посламъ: предводитель столь богатаго народа лишь по высокомѣрію началъ-де войну съ нищими, войну, которой ему болѣе слѣдовало бы опасаться дома, такъ какъ исходъ войны сомнителенъ, награды за побѣду нѣтъ никакой, а вредъ очевиденъ. Поэтому-де Скиѳы не будутъ ждать, пока придетъ къ нимъ врагъ, отъ котораго имъ слѣдуетъ желать гораздо большаго (чѣмъ врагу отъ нихъ), но сами пойдутъ на встрѣчу добычѣ. Дѣло не замедлило послѣдовать за словами. Царь, узнавъ, что они приближаются съ такой быстротой, обратился въ бѣгство и, покинувъ войско со всѣми военными приготовленіями, спасся въ свое царство. Болота не пропустили Скиѳовъ въ Эгипетъ. Возвратившись оттуда, они покорили Азію

per mille quingentos annos vectigalis fuit. (18) Pendendi tributi finem Ninus, rex Assyriorum, inposuit.

и сдѣлали ее своею данницею, наложивъ умѣренную дань скорѣе въ видѣ доказательства своей власти, чѣмъ въ видѣ награды за побѣду. Употребивъ 15 лѣтъ на умиротвореніе Азіи, они были отозваны оттуда просьбою своихъ женъ, которыя объявили имъ чрезъ пословъ, что если мужья не возвратятся, то онѣ постараются прижить потомство съ сосѣдями и не допустятъ, чтобы въ будущемъ Скиѳское племя погибло по винѣ женщинъ. Азія платила имъ дань въ теченіи 1500 лѣтъ; конецъ уплатѣ дани положилъ Ассирійскій царь Нинъ.

4. Sed apud Scythas medio tempore duo regii iuvenes, Plinos et Scolopitus, per factionem optimatum domo pulsi ingentem iuventutem secum traxere (2) et in Cappadociae *Ponticae* ora iuxta amnem Thermodonta consederunt subiectosque Themiscyrios campos occupavere. (3) Ibi per multos annos spoliare finitimos adsueti conspiratione populorum per insidias trucidantur. (4) Horum uxores cum viderent exilio suo additam orbitatem, arma sumunt finesque suos submoventes primo, mox etiam inferentes bella defendunt. (5) Nubendi quoque finitimis animum omisere, servitutem, non matrimonium appellantes. (6) Singulare omnium saeculorum exemplum ausae rem publicam sine viris, iam etiam cum contemptu virorum tuentur. (7) Et ne feliciores aliae aliis viderentur, viros, qui domi remanserant, interficiunt. (8) Ultionem quoque caesorum coniugum excidio finitimorum consequuntur. (9) Tum pace armis quaesita, ne genus interiret, concubitus finitimorum ineunt. (10) Si qui mares nascerentur, interficiebant. Virgines in eundem ipsis morem, non otio neque lanificio, (11) sed armis, equis, venationibus exercebant, inustis infantum dexterioribus mammis, ne sagittarum iactus impedirentur: unde dictae Amazones...

4. Въ это время двое Скиѳскихъ юношей изъ царскаго рода, Плинъ и Сколопитъ, изгнанные изъ отечества ковами вельможъ, увлекли за собою множество молодежи, поселились на Каппадокійскомъ берегу у рѣки Ѳермодонта и заняли сосѣднюю Ѳемискирскую равнину. Тамъ они въ теченіе многихъ лѣтъ грабили сосѣдей и потомъ были измѣннически убиты вслѣдствіе заговора народовъ. Жены ихъ, видя, что къ изгнанію прибавилось сиротство, сами взялись за оружіе и стали защищать свои владѣнія сначала оборонительными войнами, а потомъ и наступательными. Онѣ не хотѣли и думать о брачныхъ связяхъ съ сосѣдями, называя ихъ рабствомъ, а не бракомъ. Представляя единственный въ своемъ родѣ для всѣхъ вѣковъ примѣръ, онѣ рѣшились править государствомъ безъ мужчинъ и даже съ презрѣніемъ къ нимъ; для того, чтобы однѣ не казались счастливѣе другихъ, онѣ перебили и тѣхъ мужчинъ, которые оставались дома, и отомстили за избіеніе мужей избіеніемъ сосѣдей. Но затѣмъ, оружіемъ снискавъ миръ, онѣ вступаютъ въ половыя сношенія съ сосѣдями съ цѣлью предотвратить гибель своего рода. Если рождались дѣти мужскаго пола, онѣ ихъ избивали, а дѣвочекъ воспитывали въ однихъ съ собою нравахъ, именно пріучали не къ бездѣлью или обработкѣ шерсти, а къ оружію, лошадямъ и охотѣ, при чемъ выжигали правыя груди дѣвочекъ, чтобы не было помѣхи при стрѣльбѣ изъ лука; отъ этого онѣ и получили названіе Амазонокъ...

(26)... Orithya, ubi conperit bellum sororibus inlatum et raptorem esse Atheniensium principem, hortatur comites in ultionem frustraque et Ponti sinum et Asiam

26. Ориѳія, узнавъ *о томъ*, что противъ ея сестеръ начата война и что похитителемъ [ея сестры Ипполиты] былъ Аѳинскій царь. [Ѳисей], обращается съ

edomitam esse dicit, si Graecorum non tam bellis quam rapinis pateant. (27) Auxilium deinde a Sagylo, rege Scythiae, petit: genus Scytharum esse, cladem virorum, necessitatem armorum, belli causas ostendit, adsecutasque virtute, ne segniores viris feminas habere Scythae viderentur. (28) Motus ille domestica gloria mittit cum ingenti equitatu filium Panasagorum in auxilium. (29) Sed ante proelium dissensione orta ab auxiliis desertae bello ab Atheniensibus vincuntur. (30) Receptaculum tamen habuere castra sociorum, quorum auxilio intactae ab aliis gentibus in regnum revertuntur. (31) Post Orithyam Penthesilea regno potita est, cuius Troiano bello inter fortissimos viros, cum auxilium adversus Graecos ferret, magna virtutis documenta extitere. (32) Interfecta deinde Penthesilea exercituque eius absumpto paucae, quae in regno remanserant, aegre se adversum finitimos defendentes usque ad tempora Alexandri Magni duraverunt. Harum Minithya sive Thalestris regina, concubitu Alexandri perdies tredecim ad subolem ex eo generandum obtento, reversa in regnum brevi tempore cum omni Amazonum nomine intercidit.

увѣщаніями къ спутницамъ и говоритъ, что напрасно порабощенъ и Понтійскій заливъ и Азія, если они будутъ открыты не столько для войнъ, сколько для грабежей Грековъ. Затѣмъ она обращается къ Скиѳскому царю Сагилу за помощью на томъ основаніи, что сами онѣ—Скиѳскаго происхожденія; она выставляетъ на видъ гибель мужчинъ, необходимость защищаться, причины войны и тотъ фактъ, что, благодаря ихъ доблести, Скиѳскія женщины считаются не хуже мужчинъ. Увлеченный славой своего племени, Сагилъ посылаетъ на помощь сына своего Панасагора съ огромной конницей. Передъ битвой Амазонки были покинуты своими вспомогательными войсками вслѣдствіе происшедшей ссоры и потерпѣли пораженіе отъ Аѳинянъ, но нашли убѣжище въ лагерѣ союзниковъ, съ помощью которыхъ возвратились въ свое царство, не потерпѣвъ вреда отъ другихъ народовъ. Послѣ Ориѳіи овладѣла царствомъ Пенѳесилея, о доблести которой во время Троянской войны среди храбрѣйшихъ мужей, когда она пришла на помощь противъ Грековъ, имѣются вѣскія свидѣтельства. Послѣ убіенія Пенѳесилеи и истребленія ея войска немногія, оставшіяся на родинѣ, съ трудомъ отбивая нападенія сосѣдей, влачили свое существованіе вплоть до временъ Александра Великаго. Царица ихъ Миниѳія или Ѳалестрія, добившись тринадцатидневной связи съ Александромъ для произведенія отъ него потомства и затѣмъ возвратившись въ свое царство, вскорѣ послѣ того погибла со всѣми Амазонками, и самое имя ихъ исчезло.

5. Scythae autem tertia expeditione Asiana cum annis octo a coniugibus ac liberis afuissent, servili bello domi excipiuntur. (2) Quippe coniuges eorum longa expectatione virorum fessae nec iam teneri bello, sed deletos ratae servis ad custodiam pecorum relictis nubunt, (3) qui reversos cum victoria dominos velut advenas armati finibus prohibent. (4) Quibus cum varia victoria fuisset, admonentur Scythae mutare genus pugnae, memores non cum hostibus, sed cum servis proeliandum, nec armorum sed dominorum iure vincendos, verbera in aciem, non tela adferenda, omissoque ferro virgas et flagella ceteraque servilis metus paranda instrumenta. (5) Probato omnes

5. Во время третьяго похода въ Азію Скиѳы восемь лѣтъ пробыли вдали отъ женъ и дѣтей, и по возвращеніи домой имъ пришлось вступить въ войну съ рабами: жены ихъ, истомившись долгимъ ожиданіемъ мужей и полагая, что они не задержаны войною, а истреблены, вступили въ браки съ рабами, оставленными для охраны стадъ; и вотъ, когда господа побѣдоносно вернулись домой, рабы съ оружіемъ въ рукахъ преградили имъ, какъ бы чужеземцамъ, доступъ въ ихъ землю. Когда побѣда оказывалась то на той, то на другой сторонѣ, Скиѳамъ былъ поданъ совѣтъ измѣнить родъ битвы, помня, что имъ приходится драться не съ врагами, а съ ра-

consilio instructi, sicut praeceptum erat, postquam ad hostem accessere, inopinantibus verbera intenta; adeoque illos perculerunt, ut quos ferro non poterant, metu verberum vincerent, fugamque non ut hostes victi, sed ut fugitivi servi capesserent. (6) Quicumque capi potuerunt, supplicia crucibus luerunt. (7) Mulieres quoque male sibi consciae partim ferro, partim suspendio vitam finierunt. (8) Post haec pax apud Scythas fuit usque tempora Ianthyri regis. (9) Huic Dareus, rex Persarum, sicut supra dictum est [1]), cum filiae eius nuptias non obtinuisset, bellum intulit (10) et armatis septingentis milibus hominum Scythiam ingressus, non facientibus hostibus pugnae potestatem metuens, ne interrupto ponte Histri reditus sibi intercluderetur, amissis LXXX milibus hominum trepidus refugit; (11) quae iactura abundante multitudine inter damna numerata non est....

бами, и одолѣть ихъ нужно не оружіемъ, а правомъ господъ; нужно взять на битву бичи, а не оружіе, отложить въ сторону желѣзо и заготовить розги, кнуты и другія орудія, наводящія страхъ на рабовъ. Одобривъ этотъ совѣтъ, они всѣ вооружились, какъ было указано, и, приблизившись къ врагамъ, неожиданно осыпали ихъ ударами и привели въ такой ужасъ, что страхомъ ударовъ были побѣждены тѣ, которыхъ не могло одолѣть оружіе, и бросились бѣжать не какъ побѣжденные враги, а именно какъ бѣглые рабы; всѣ, кого удалось захватить, были казнены распятіемъ на крестѣ. Жены ихъ вслѣдствіе угрызеній совѣсти покончили съ собою отчасти мечемъ, отчасти повѣшеніемъ. Послѣ этого Скиѳы жили мирно до временъ царя Іанѳира. Противъ этого послѣдняго Персидскій царь Дарій, какъ сказано выше, пошелъ войною за то, что не получилъ руки его дочери, и вступилъ въ Скиѳію съ 700,000 вооруженныхъ людей, но, не получивъ отъ враговъ возможности сразиться и боясь, чтобы они не разрушили моста на Истрѣ и тѣмъ не отрѣзали ему отступленія, съ трепетомъ бѣжалъ назадъ, потерявъ 80000 людей; впрочемъ, эта потеря, при изобиліи народонаселенія въ его царствѣ, не была сочтена за несчастіе....

Lib. IX, c. 1, § 9 [Philippus Chersonesi urbibus expugnatis] In Scythiam quoque praedandi causa profectus est, more negotiantium inpensas belli alio bello refecturus.

2. Erat eo tempore rex Scytharum Atheas, qui cum bello Histrianorum premeretur, auxilium a Philippo per Apollonienses petit, in successionem eum regni Scythiae adoptaturus; (2) cum interim Histrianorum rex decedens et metu belli et auxiliorum necessitate Scythas solvit. (3) Itaque Atheas remissis Macedonibus nuntiari Philippo iubet neque auxilium eius se petisse neque adoptionem mandasse; (4) nam neque vindicta Macedonum egere Scythas, quibus meliores forent, neque heredem sibi incolumi filio deesse. (5) His auditis Philippus legatos ad Atheam mittit inpensae obsidionis portionem petentes, ne inopia deserere

[Филиппъ, завоевавъ Херсонесскіе города,] отправился даже въ Скиѳію за добычею, чтобы по купечески возмѣстить военныя издержки новой войной.

Въ то время въ Скиѳіи былъ царь Аѳей; тѣснимый войною со стороны Истріанцевъ, онъ чрезъ посредство Аполлонійцевъ попросилъ помощи у Филиппа, обѣщая за это усыновить его и сдѣлать наслѣдникомъ Скиѳскаго царства; между тѣмъ царь Истріанскій умеръ и такимъ образомъ освободилъ Скиѳовъ и отъ страха войны, и отъ нужды въ помощи. Тогда Аѳей отпустилъ Македонянъ и приказалъ передать Филиппу, что онъ не просилъ у него помощи и не предлагалъ усыновленія, ибо Скиѳы не нуждаются въ защитѣ Македонянъ, которыхъ они превосходятъ храбростью, и ему не нуженъ на-

---

1) V. pag. 56.

bellum cogatur; (6) quod eo promptius eum facere debere, quod missis a se in auxilium eius militibus ne sumptum quidem viae, non modo officii pretia dederit. (7) Atheas inclementiam caeli et terrae sterilitatem causatus, quae non patrimoniis ditet Scythas, sed vix alimentis exhibeat, respondit nullas sibi opes esse, quibus tantum regem expleat; (8) et turpius putare parvo defungi quam totum abnuere; (9) Scythas autem virtute animi et duritia corporis, non opibus censeri. (10) Quibus inrisus Philippus soluta obsidione Byzantii Scythica bella adgreditur, praemissis legatis, quo securiores faceret, qui nuntient Atheae: dum Byzantium obsidet, vovisse se statuam Herculi, (11) ad quam in ostio Histri ponendam se venire; pacatum accessum ad religionem dei petens, amicus ipse Scythis venturus. (12) Ille, si voto fungi vellet, statuam sibi mitti iubet; non modo ut ponatur, verum etiam ut inviolata maneat pollicetur; exercitum autem fines ingredi negat se passurum. (13) Ac si invitis Scythis statuam ponat, eo digresso sublaturum versurumque aes statuae in aculeos sagittarum. (14) His utrimque inritatis animis proelium committitur. Cum virtute et numero praestarent Scythae, astu Philippi vincuntur. (15) XX milia puerorum ac feminarum capta, pecoris magna vis, auri argentique nihil. Ea primum fides inopiae Scythicae fuit. (16) XX milia nobilium equarum ad genus faciendum in Macedoniam missa.

слѣдникъ при жизни сына. Услышавъ это, Филиппъ послалъ къ Аѳею пословъ съ требованіемъ части издержекъ на осаду, чтобы онъ не былъ принужденъ оставить войну по неимѣнію денегъ; Аѳей долженъ-де исполнить это требованіе съ тѣмъ большею готовностью, что посланнымъ къ нему на помощь воинамъ не только не заплатилъ за ихъ услуги, но даже не далъ содержанія. Аѳей, выставляя на видъ суровость климата и скудость земли, которая не только не обогащаетъ Скиѳовъ наслѣдственными имѣніями, но едва даетъ нужное для пропитанія, отвѣтилъ, что у него нѣтъ такихъ сокровищъ, которыми можно было бы удовлетворить столь богатаго царя; что, по его мнѣнію, постыднѣе отдѣлаться малымъ, чѣмъ отказать во всемъ, и что Скиѳы цѣнятся не по богатствамъ, а по душевной доблести и тѣлесной выносливости. Раздраженный этимъ отвѣтомъ Филиппъ, снявъ осаду Византіи, занялся войною со Скиѳами и, чтобы внушить имъ безпечность, послалъ напередъ пословъ объявить Аѳею, что онъ во время осады Византіи обѣщалъ статуюИраклу и теперь идетъ поставить ее у устья Истра; поэтому онъ требовалъ свободнаго пропуска для исполненія священнаго обѣта богу и говорилъ, что идетъ къ Скиѳамъ какъ другъ. Аѳей предложилъ послать къ нему статую, если онъ желаетъ исполнить обѣтъ; онъ обѣщалъ не только поставить ее, но и заботиться объ ея нерушимости; а съ войскомъ-де вступить въ свои владѣнія онъ не позволитъ; если же Филиппъ поставитъ статую противъ желанія Скиѳовъ, то по его удаленіи онъ ее ниспровергнетъ и мѣдь ея употребитъ на наконечники стрѣлъ. Когда такимъ образомъ обѣ стороны пришли въ раздраженіе, завязалась битва, въ которой Скиѳы, несмотря на превосходство ихъ душевной доблести и численности, были побѣждены хитростью Филиппа; взято было 20000 дѣтей и женщинъ, множество скота, золота и серебра совсѣмъ не оказалось, чѣмъ впервые была засвидѣтельствована бѣдность Скиѳовъ; 20000 кровныхъ кобылицъ было отослано въ Македонію для произведенія породы.

Lib. X, c. 3, § 1. Hereditas regni [Persarum] Ocho tradita, qui.... (2).... bellum

Персидскій престолъ перешелъ по наслѣдству къ Оху, который.... пошелъ вой-

Cadusiis infert. (3) In eo adversus provocatorem hostium Codomannus quidam cum omnium favore processit et hoste caeso victoriam suis pariter et prope amissam gloriam restituit. (4) ob haec decora idem Codomannus praeficitur Armeniis...

ною противъ Кадусіевъ. Въ этой войнѣ нѣкто Кодоманнъ при всеобщемъ одобреніи выступилъ противъ вызывавшаго на поединокъ врага и, убивъ его, доставилъ своимъ побѣду и возстановилъ почти совершенно утраченную славу. За этотъ подвигъ Кодоманнъ былъ назначенъ сатрапомъ Арменіи...

Lib. XII, c. 1, § 4 [Brevi post Darei mortem] epistulae Antipatri a Macedonia [Alexandro] redduntur, quibus... bellum Zopyrionis, praefecti ipsius, in Scythia continebatur. Quibus varie adfectus plus tamen laetitiae... quam doloris amissi cum Zopyrione exercitus cepit...

[Вскорѣ послѣ смерти Дарія] Александру было вручено письмо Антипатра изъ Македоніи, въ которомъ излагалась.... война Зопиріона, его намѣстника въ Скиѳіи. Письмо это возбудило въ немъ различныя чувства, впрочемъ болѣе радости.... чѣмъ скорби о войскѣ, погибшемъ съ Зопиріономъ.

Lib. XII, c. 2, § 16. ...Zopyrion... praefectus Ponti ab Alexandro Magno relictus, otiosum se ratus, si nihil et ipse gessisset, adunato XXX milium exercitu Scythis bellum intulit caesusque cum omnibus copiis poenas temere inlati belli genti innoxiae luit.

...Зопиріонъ, оставленный Александромъ Великимъ *въ качествѣ* намѣстника Понта, полагая, что его признаютъ лѣнивымъ, если и онъ не совершитъ никакого *предпріятія*, собралъ 30000 войска и пошелъ войною на Скиѳовъ, но былъ уничтоженъ со всею арміею и *такимъ образомъ* поплатился за необдуманное начатіе войны съ неповиннымъ народомъ.

Lib. XII, c. 5, § 9. Inde [i. e. ex Parthis] Drangas, Euergetas, vel Arimaspos, Parapamesadas [1]) ceterosque populos, qui in radice Caucasi morabantur, subegit [Alexander].... (12) Et ut his terris nomen relinqueret, urbem Alexandream super amnem Tanaim condidit, intra diem septimum decimum muro sex milium passuum consummato, translatis eo trium civitatium populis, quas Cyrus condiderat.

За Парѳянами Александръ покорилъ Дранговъ, Евергетовъ или Аримасповъ, Парапамесадовъ и другіе народы, обитавшіе у подошвы Кавказа... и для того, чтобы оставить *свое* имя этимъ странамъ, основалъ городъ Александрію надъ рѣкою Танаидомъ, причемъ въ 17 дней построилъ стѣну въ 6000 шаговъ длины, и перевелъ туда населеніе трехъ городовъ, которые нѣкогда основалъ Киръ.

Lib. XXXII, c. 3, § 13. Histrorum gentem fama est originem a Colchis ducere, missis ab Aeeta rege ad Argonautas, raptores filiae, persequendos; (14) qui ut a Ponto intraverunt Histrum, alveo Savi fluminis penitus invecti vestigia Argonautarum insequentes naves suas umeris per iuga montium usque ad litus Hadriatici maris transtulerunt, cognito quod Argonautae idem propter magnitudinem navis priores fecis-

Истрійскій народъ, по преданію, ведетъ свое происхожденіе отъ Колховъ, посланныхъ царемъ Эитомъ въ погоню за Аргонавтами, похитителями его дочери. Войдя съ Понта въ Истръ и затѣмъ далеко заѣхавъ по руслу рѣки Сава по слѣдамъ Аргонавтовъ, они перенесли свои суда на плечахъ чрезъ горныя цѣпи до берега Адріатическаго моря, прослышавъ, что Аргонавты раньше сдѣлали то же *самое*

1) Cf. de hoc loco Ruehlii adn. criticam p. XXIX.

sent; (15) quos ut avectos Colchi non reppererunt, sive metu regis sive taedio longae navigationis iuxta Aquileiam consedere Histrique ex vocabulo amnis, quo a mari recesserant, appellati.

вслѣдствіе величины своего корабля. Не найдя послѣднихъ, уже успѣвшихъ уѣхать, Колхи, изъ страха ли передъ царемъ, или наскучивъ долгимъ плаваніемъ, поселились близъ Аквилеи и назвались Истрами по имени рѣки, по которой поднялись отъ моря.

Lib. XXXVII, c. 3, § 1. Ad regni deinde administrationem cum accessisset [Mithridates], statim non de regendo, sed de augendo regno cogitavit. (2) Itaque Scythas invictos antea, qui Zopyriona, Alexandri Magni ducem, cum XXX milibus armatorum deleverant, qui Cyrum, Persarum regem, cum CC milibus trucidaverant, qui Philippum, Macedonum regem, fugacem ceperant, ingenti felicitate perdomuit.

Приступивъ къ государственной дѣятельности, Миѳридатъ немедленно сталъ думать не объ управленіи государствомъ, а объ его увеличеніи. Итакъ онъ съ величайшимъ счастіемъ покорилъ непобѣдимыхъ прежде Скиѳовъ, которые уничтожили Зопиріона, полководца Александра Великаго, съ 30-тысячнымъ войскомъ, перерѣзали Персидскаго царя Кира съ двумя стами тысячъ и захватили въ бѣгствѣ Македонскаго царя Филиппа.

Lib. XXXVIII, c. 3, § 5. ...Mithridates societatem cum Tigrane bellum adversus Romanos gesturus iungit... (6) Post haec Mithridates intellecto quantum bellum suscitaret, legatos ad Cimbros, alios ad Gallograecos et Sarmatas Bastarnasque auxilium petitum mittit. (7) Nam omnes has gentes Romanum meditabundus bellum variis beneficiorum muneribus iam ante inlexerat. A Scythia quoque exercitum venire iubet omnemque Orientem adversus Romanos armat.

Миѳридатъ, намѣреваясь вступить въ войну съ Римлянами, заключаетъ союзъ съ Тиграномъ... Затѣмъ, понимая, какую огромную затѣваетъ онъ войну, посылаетъ пословъ съ просьбою о помощи къ Кимврамъ, другихъ къ Галлогрекамъ, Сарматамъ и Бастарнамъ; всѣ эти народы онъ уже раньше привлекъ на свою сторону различными благодѣяніями, замышляя войну съ Римлянами. Онъ приказываетъ также явиться войску изъ Скиѳіи и вооружаетъ противъ Римлянъ весь Востокъ.

Lib. XXXVIII, c. 7, § 3 [1]). Scythiam duos umquam ante se reges non pacare, sed tantum intrare ausos, Dareum et Philippum, aegre inde fugam sibi expedisse, unde ipse magnam adversus Romanos partem virium haberet. (4) Multoque se timidius ac diffidentius bella Pontica ingressum, cum ipse rudis ac tiro esset, Scythae praeter arma virtutemque animi locorum quoque solitudinibus vel frigoribus instructi, per quae denuntiaretur ingens militiae periculum ac labor. (5) Inter quas difficultates ne praemii quidem spes foret ex hoste vago nec tantum pecuniae, sed etiam sedis inope... (9) Sequantur se modo fortiter et colligant, quid se duce possit efficere tantus

Нѣкогда два царя, осмѣлившіеся не покорить Скиѳію, а только войдти въ нее, *именно* Дарій и Филиппъ, съ трудомъ нашли путь для бѣгства оттуда, откуда самъ онъ получилъ значительную часть силъ *для войны* съ Римлянами. А между тѣмъ онъ съ гораздо большею робостью и неувѣренностью приступилъ къ войнамъ въ Понтѣ, такъ какъ самъ онъ былъ *еще* неопытнымъ новичкомъ, а Скиѳы, кромѣ оружія и доблести, *были* защищены еще степною природою или холодами мѣстности, которыми обусловливались величайшія опасности и трудности похода. Среди этихъ затрудненій не было даже надежды на добычу отъ врага, кочующаго и не

1) Ex oratione Mithridatis ad milites, quae ab Iustino tota ex Pompeio Trogo exscripta est.

exercitus.... qui solus mortalium Pontum omnem Scythiamque pacaverit, quam nemo ante transire tuto atque adire potuit. (10) Nam iustitiae atque liberalitatis suae nec ipsos milites qui experiantur testes refugere et illa indicia habere, quod solus regum omnium non paterna solum, verum etiam externa regna hereditatibus propter munificentiam adquisita possideat, Colchos, Paphlagoniam, Bosporum.

имѣющаго не только денегъ, но даже и осѣдлости... Пусть только *воины* храбро послѣдуютъ за нимъ и сообразятъ, что можетъ сдѣлать такое войско съ вождемъ.... который единственный изъ смертныхъ усмирилъ весь Понтъ и Скиѳію, которую раньше никто не могъ безопасно пройдти или даже вступить *въ нее*. Что же касается до его справедливости и щедрости, то ихъ не откажутся засвидѣтельствовать сами испытавшіе ихъ воины, а другія доказательства имѣются въ томъ, что онъ одинъ изъ всѣхъ владѣетъ не только отцовскимъ царствомъ, но и чужими, пріобрѣтенными по наслѣдству путемъ его щедрости, именно Колхидою, Пафлагоніею и Воспоромъ.

Lib. XLI, c. 1, § 1. Parthi.... Scytharum exules fuere. (2) Hoc etiam ipsorum vocabulo manifestatur: nam Scythico sermone exules 'parthi' dicuntur.... (10) Hi domesticis seditionibus Scythia pulsi solitudines inter Hyrcaniam et Dahas et Apartanos et Margianos furtim occupavere.

c. 2, § 3. Sermo his inter Scythicum Medicumque medius et utrimque mixtus.

Парѳы... были скиѳскіе изгнанники. Это очевидно даже изъ самаго ихъ названія: по-скиѳски изгнанники называются «парѳами»... Они, будучи изгнаны изъ Скиѳіи домашними усобицами, тайкомъ заняли степи между Ирканіею, Дагами, Апартанами и Маргіанами.

Языкъ у нихъ — средній между Скиѳскимъ и Мидійскимъ, помѣсь того и другого.

Lib. XLII, c. 2, § 9... Armenia a Cappadocia usque mare Caspium undecies centum milia *passuum* patet; sed et in latitudinem milia passuum septingenta porrigitur. (10) Condita est autem ab Armenio, Iasonis Thessali comite, quem cum perditum propter insignem periculosamque regno suo virtutem Pelias rex cuperet, denuntiata militia in Colchos abire iussit pellemque arietis memorabilem gentibus reportare, sperans interitum viri aut ex periculis tam longae navigationis aut ex bello tam profundae barbariae. (11) Igitur Iason divulgata opinione tam gloriosae expeditionis, cum ad eum certatim principes iuventutis totius ferme orbis concurrerent, exercitum fortissimorum virorum, qui Argonautae cognominati sunt, conparavit. (12) Quem cum magnis rebus gestis incolumem reduxisset, rursum a Peliae filiis Thessalia † magna vi pulsus cum ingenti multitudine, quae ad famam virtutis eius ex omnibus gentibus cotidie confluebat, comite Medea uxore, quam repudiatam miseratione exilii rursum receperat, et Medo, privigno ab Aegeo,

...Арменія простирается отъ Каппадокіи до Каспійскаго моря на 1100000 шаговъ въ длину, а въ ширину тянется на 700000 шаговъ. Она основана Арменіемъ, спутникомъ Ѳессалійца Іасона. Царь Пелій, желая гибели послѣдняго вслѣдствіе его замѣчательной и опасной для его царства доблести, приказалъ ему отправиться въ страну Колховъ и привезти оттуда извѣстное народамъ руно барана, надѣясь, что онъ погибнетъ или вслѣдствіе опасностей столь дальняго плаванія, или въ войнѣ съ столь дикими варварами. Когда Іасонъ распустилъ слухъ о такомъ славномъ предпріятіи, къ нему сталъ наперерывъ стекаться цвѣтъ молодежи почти со всего свѣта, и онъ составилъ *цѣлое* войско изъ храбрѣйшихъ мужей, получившихъ названіе Аргонавтовъ. Онъ привелъ его назадъ невредимымъ, совершивъ великіе подвиги, но *тутъ* снова съ большимъ насиліемъ былъ изгнанъ изъ Ѳессаліи сыновьями Пелія. *Тогда онъ* съ огромной толпой людей, которые ежедневно стекались къ нему изъ всѣхъ племенъ, привлекаемые славою

rege Atheniensium, genito, Colchos repetivit socerumque Aeetam regno pulsum restituit.

его доблести, въ сопровожденіи супруги своей Медеи, которую онъ было удалилъ, но потомъ снова принялъ *къ себѣ* изъ состраданія къ *ея положенію* изгнанницы, и пасынка Меда, рожденнаго *Медеею* отъ Аѳинскаго царя Эгея, возвратился въ Колхиду и возстановилъ на престолѣ своего тестя Эита, изгнаннаго изъ царства.

3. Magna deinde bella cum finitimis gessit captasque civitates partim regno soceri ad abolendam superioris militiae iniuriam, qua et filiam eius Medeam abduxerat et filium Aegialeum interfecerat, adiunxit, partim populis, quos secum adduxerat, adsignavit (2) primusque humanorum post Herculem et Liberum, qui reges Orientis fuisse traduntur, eam caeli plagam domuisse dicitur. (3) Populis quibusdam † Frygium et Amphistratum, aurigas Castoris et Pollucis, duces adsignavit. (4) Cum Albanis foedus percussit, qui Herculem ex Italia ab Albano monte, cum Geryone extincto armenta eius per Italiam duceret, secuti dicuntur, quique memores Italicae originis exercitum Cn. Pompei bello Mithridatico fratres salutavere. (5) Itaque Iasoni totus ferme Oriens ut conditori divinos honores templaque constituit, quae Parmenion, dux Alexandri Magni, post multos annos dirui iussit, ne cuiusquam nomen in Oriente venerabilius quam Alexandri esset. (6) Post mortem Iasonis Medus aemulus virtutis eius in honorem matris Mediam urbem condidit regnumque ex nomine suo Medorum constituit, sub cuius maiestate Orientis postea imperium fuit. (7) Albanis vicinae Amazones sunt, quarum reginam Thalestrim concubitum Alexandri petisse multi auctores prodidere. (8) Armenius quoque, et ipse Thessalus, unus de numero ducum Iasonis, recollecta multitudine, quae amisso Iasone rege passim vagabatur, Armeniam condidit...

3. Затѣмъ онъ велъ великія войны съ сосѣдями и завоеванныя страны частію присоединилъ къ царству тестя, чтобы загладить обиду, *нанесенную ему* въ прежнемъ походѣ, именно похищеніе его дочери Медеи и убіеніе сына Эгіалея, а частію раздѣлилъ людямъ, которыхъ привелъ съ собою. Говорятъ, что онъ первый изъ смертныхъ покорилъ эту часть свѣта послѣ Иракла и Либера, которые, по преданію, были царями Востока. Нѣкоторымъ народамъ онъ далъ въ предводители Фригія и Амфистрата, возницъ Кастора и Поллукса. Онъ заключилъ союзъ съ Албанцами, которые, говорятъ, послѣдовали изъ Италіи, съ Албанской горы, за Иракломъ, когда онъ по убіеніи Гиріона гналъ черезъ Италію его скотъ, и которые, помня о своемъ происхожденіи изъ Италіи, въ Миѳридатовскую войну братски привѣтствовали войско Гн. Помпея. Итакъ почти весь Востокъ *оказывалъ* божескія почести Іасону, какъ *своему* основателю, и построилъ *ему* храмы, которые много лѣтъ спустя полководецъ Александра Великаго Парменіонъ приказалъ разрушить, дабы ничье имя на Востокѣ не пользовалось бóльшимъ почетомъ, чѣмъ *имя* Александра. Послѣ смерти Іасона Медъ, соревнуя его доблести, построилъ въ честь *своей* матери городъ Мидію и основалъ названное по его имени Мидійское царство, подъ владычествомъ котораго находился впослѣдствіи Востокъ. Въ сосѣдствѣ съ Албанцами живутъ Амазонки, царица которыхъ Ѳалестрія, по свидѣтельству многихъ писателей, упросила Александра *вступить съ нею въ* связь. И Арменій, также Ѳессаліецъ, одинъ изъ числа вождей Іасона, снова собравъ толпу, повсюду бродившую послѣ потери царя Іасона, основалъ Арменію...

HYGINI FABVLAE.

РАЗСКАЗЫ ГИГИНА.

[Вольноотпущенникъ Августа C. Iulius Hyginus, завѣдывавшій Палатинской библіотекой, оставилъ много сочиненій разнообразнаго содержанія, отъ которыхъ до насъ дошли лишь немногіе отрывки. Ему же приписывались сохранившіяся сочиненія De astronomia и Fabulae (состоящее собственно изъ 3-хъ частей: а) генеалогіи, б) миѳологическіе разсказы и в) указатели). Но новѣйшіе изслѣдователи различаютъ миѳографа Гигина отъ библіотекаря (см. Schanz, Gesch. d. röm. Litt. II, 1², стр. 338). О времени составленія миѳологическихъ разсказовъ можно сказать только, что они появились въ свѣтъ раньше 207 г. по Р. Хр.—Текстъ: Hygini fabulae edidit Maur. Schmidt. Ienae 1872].

CXLIIII. Prometheus.

Homines antea ab immortalibus ignem petebant neque in perpetuum servare sciebant. quod postea Prometheus in ferula detulit in terras hominibusque monstravit, quomodo cinere obrutum servarent. ob hanc rem Mercurius Iovis iussu deligavit eum in monte Caucaso ad saxum clavis ferreis et aquilam apposuit, quae cor eius exesset. [quae] quantum die ederat, tantum nocte crescebat. hanc aquilam post triginta annos Hercules interfecit eumque liberavit.

CXLIIII. Промиѳей.

Раньше люди просили огня у безсмертныхъ, но не умѣли сохранить его навсегда. Поэтому впослѣдствіи Промиѳей принесъ его на земли въ тростинкѣ и показалъ людямъ, какъ сохранять его, прикрывши золою. За это Меркурій по повелѣнію Юпитера приковалъ его желѣзными гвоздями къ скалѣ на горѣ Кавказѣ и приставилъ орла выѣдать его сердце. И сколько орелъ съѣдалъ днемъ, столько же наростало ночью. Тридцать лѣтъ спустя Геркулесъ убилъ этого орла и освободилъ его.

CXLV. Niobe sive Io.

...[Io] in Scythiam transnavit, unde † Bosphorum fines sunt dictae...

CXLV. Ніоба или Іо.

§ 82. Verum ab Histro oppida Cremniscos, Aepolium, montes Macrocremni, clarus amnis Tyra, oppido nomen inponens ubi antea Ophiusa dicebatur. In eodem insulam spatiosam incolunt Tyragetae. abest a Pseudostomo Histri ostio $\overline{\text{CXXX}}$. Mox Asiacae cognomines flumini, ultra quos Crobiggi, flumen Rhode, sinus Saggarius, portus Ordesos. et a Tyra $\overline{\text{CXX}}$ flumen Borysthenes lacusque et gens eodem nomine et oppidum a mari recedens $\overline{\text{XV}}$ passuum, Olbiopolis et Miletopolis antiquis nominibus. (83) rursus litore portus Achaeorum. insula Achillis tumulo eius viri clara, et ab ea $\overline{\text{CXXV}}$ passuum paeninsula ad formam gladi in transversum porrecta, exercitatione eiusdem cognominata Dromos Achilleos, cuius longitudinem $\overline{\text{LXXX}}$ tradidit Agrippa. Totum eum tractum tenent Sardi Scythae et Siraci. Inde silvestris regio Hylaeum mare quo adluitur cognominavit, Enoecadioe vocantur incolae. Ultra Panticapes amnis qui Nomadas et Georgos disterminat, mox Acesinus. quidam Panticapen confluere infra Olbiam cum Borysthene tradunt, diligentiores Hypanim, tanto errore eorum qui illum in Asiae parte prodidere. (84) Mare subit magno recessu, donec $\overline{\text{V}}$ passuum intervallo absit a Maeotide, vasta ambiens spatia multasque gentes. sinus Carcinites appellatur. Flumen Pacyris. oppida Navarum, Carcine. a tergo lacus Buces fossa emissus in mare. Ipse Buces a Coreto Maeotis lacus sinu petroso discluditur dorso. recipit amnes Bucem,

82. За Истромъ лежатъ города Кримнискъ и Эполій; Макрокримнскія горы, славная рѣка Тира, по имени которой называется городъ, прежде называвшійся Офіусой. На этой же рѣкѣ обширный островъ населяютъ Тирагеты. Опа отстоитъ отъ Псевдостома, устья Истра, на 130000 ш. Затѣмъ *живутъ* Асіаки, соименные съ рѣкой (Асіакомъ); за ними Кровигги, р. Рода, заливъ Саггарійскій, гавань Ордесъ. И на разстояніи 120000 ш. отъ Тиры—р. Борисѳенъ, озеро и народъ того же имени, и городъ, удаленный на 15000 ш. отъ моря и *носящій* древнія названія Ольвіополя и Милитополя. (83) Далѣе на берегу Ахейская гавань. Островъ Ахилла славится могильнымъ курганомъ этого героя, а за нимъ въ 125000 шагахъ *лежитъ* полуостровъ, тянущійся поперекъ въ видѣ меча и названный Бѣгомъ Ахилла вслѣдствіе упражненій того же *героя;* длина его, по словамъ Агриппы, равняется 80000 *шаговъ.* Все это пространство занимаютъ Скиѳы-Сарды и Сираки. Затѣмъ лѣсная страна дала морю, ее омывающему, названіе «Илейскаго»; жители *ея* называются Энэкадіи. За ней р. Пантикапъ, которая отдѣляетъ Номадовъ отъ Земледѣльцевъ, затѣмъ *р.* Акезинъ. Нѣкоторые говорятъ, что Пантикапъ ниже Ольвіи сливается съ Борисѳеномъ; но болѣе точные *изслѣдователи говорятъ*, что *сливается* Ипанидъ; стало быть очень ошибаются тѣ, которые передаютъ, что эта рѣка находится въ Азіатской части.

Gerrhum, Hypanim, ex diverso venientes tractu. nam Gerrhus Basilidas et Nomadas separat, Hypanis per Nomadas et Hylaeos fluit manu facto alveo in Bucen, naturali in Coretum. regio Scythia Sindica nominatur. (85) Sed a Carcinite Taurica incipit quondam mari circumfusa et ipsa qua nunc campi iacent. dein vastis attollitur iugis. Triginta sunt eorum populi, ex his mediterranei XXIII, VI oppida Orgocyni, Characeni, Assyrani, Stactari, Acisalitae, Caliordi. iugum ipsum Scythotauri tenent. cluduntur ab occidente Cherroneso Nea, ab ortu Scythis Sataucis. In ora a Carcine oppida Taphrae, in ipsis angustiis peninsulae, mox Heraclea Cherronesus libertate a Romanis donatum. Megarice vocabatur antea, praecipui nitoris in toto eo tractu custoditis Graeciae moribus, $\overline{V}$ passuum ambiente muro. (86) Inde Parthenium promunturium, Taurorum civitas Placia, Symbolum portus, promunturium Criumetopon adversum Carambicon Asiae promunturium, per medium Euxinum procurrens $\overline{CLXX}$ intervallo, quae maxime ratio Scythici arcus formam efficit. ab eo Taurorum portus multi et lacus. oppidum Theodosia a Criumetopo $\overline{CXXV}$ p., a Cherroneso vero $\overline{CLXV}$. Ultra fuere oppida Cytae, Zephyrium, Acrae, Nymphaeum, Dia. (87) restat longe validissimum in ipso Bospori introitu Panticapaeum Milesiorum, a Theodosia $\overline{LXXXVII}$ D p., a Cimmerio vero oppido trans fretum sito MMD, ut diximus, passus. Haec ibi latitudo Asiam ab Europa separat, eaque ipsa pedibus plerumque pervia glaciato freto. Bospori Cimmerii longitudo $\overline{XII}$ D passuum. oppida habet Hermisium, Myrmecium et intus insulam Alopecen. per Maeotim autem ab extremo isthmo, qui locus Taphrae vocatur, ad os Bospori $\overline{CCLX}$ longitudo colligitur. (88) A Taphris per continentem introrsus tenent Auchetae apud quos Hypanis oritur, Neuroe apud quos Borysthenes, Geloni, Thyssagetae, Budini, Basilidae et caeruleo capillo Agathyrsi. super eos Nomades, deinde Anthropophagi, a Buce vero super Maeotim Sauromatae et Essedones. at per oram ad Tanain usque Maeotae, a quibus lacus nomen accepit, ultimique a tergo eorum Arimaspi. Mox Ripaei montes et adsiduo nivis

(84) Море выдвигается большимъ заливомъ, такъ что отъ Мэотиды отстоитъ всего на 5000 *шаг.*, и омываетъ обширныя пространства и *земли* многихъ народовъ. Этотъ заливъ называется Каркинитскимъ. *Здѣсь же* рѣка Пакирисъ; города — Наваръ и Каркина. Сзади *лежитъ* озеро Букъ, соединенное съ моремъ посредствомъ рва. Само *озеро* Букъ скалистымъ хребтомъ отдѣляется отъ Корета, залива Мэотійскаго озера. Оно принимаетъ рѣки — Букъ, Герръ и Ипанидъ, текущія съ разныхъ сторонъ; именно, Герръ отдѣляетъ Василидовъ отъ Номадовъ, а Ипанидъ течетъ черезъ *земли* Номадовъ и Илеевъ искусственнымъ русломъ въ Букъ, а естественнымъ въ Коретъ. *Эта* область называется Синдскою Скиѳіей. (85) Отъ Каркинита начинается Таврика, которая нѣкогда также была залита моремъ *вездѣ*, гдѣ теперь разстилаются равнины; далѣе она поднимается обширными горными хребтами. Здѣсь живетъ 30 народовъ; изъ нихъ внутри страны — 23 племени и 6 городовъ: Оргокины, Ха́ракены, Ассираны, Стактары, Акисалиты, Каліорды. Самый хребетъ занимаютъ Скиѳотавры; они съ запада граничатъ съ Херсонисомъ Новымъ, а съ востока — съ Скиѳами Сатавками. На побережьѣ отъ Каркины *расположены* города: Тафры — на самомъ перешейкѣ полуострова, затѣмъ Ираклея - Херсонисъ, которому дарована свобода Римлянами; *онъ* раньше назывался Мегарикой и былъ самымъ блестящимъ пунктомъ на всемъ этомъ пространствѣ благодаря сохраненію греческихъ обычаевъ; стѣны его имѣютъ 5000 шаговъ въ окружности. (86) Затѣмъ слѣдуютъ: мысъ Парѳеній, Таврскій городъ Плакія, портъ Символовъ, мысъ Бараній Лобъ, *находящійся* насупротивъ Азіатскаго мыса Карамбика и выдающійся по срединѣ Евксина съ промежуткомъ въ 170000 ш.; благодаря именно его расположенію *море* и образуетъ фигуру скиѳскаго лука. За нимъ лежатъ многіе Таврскіе порты и озера. Городъ Ѳеодосія отстоитъ отъ Бараньяго Лба на 125000 ш., а отъ Херсониса на 165000. Далѣе были города: Киты, Зефирій, Акры, Нимфѣй и Дія; (87) *нынѣ* остается самый сильный *городъ* Пантикапэй, *колонія* Милитцевъ, расположенный у самаго входа въ Воспоръ *и отстоящій* отъ Ѳеодосіи

casu pinnarum similitudine Pterophoros appellata regio, pars mundi damnata a rerum natura et densa mersa caligine, neque in alio quam rigoris opere gelidisque Aquilonis conceptaculis.

на 87500 шаг., а отъ города Киммерія, лежащаго на другой сторонѣ пролива, какъ сказано, на 2500 ш. Столь *незначительное* пространство отдѣляетъ здѣсь Азію отъ Европы, да и оно по бо́льшей части можетъ быть пройдено пѣшкомъ, когда замерзнетъ проливъ. Длина Воспора Киммерійскаго — 12500 шаг.; *здѣсь* лежатъ города Ермисій и Мирмикій, а внутри (пролива) — островъ Алопека. А по Мэотидѣ отъ конца перешейка *или* той мѣстности, которая называется Тафрами, до устья Воспора считается въ длину 260000 ш. (88) Отъ Тафровъ по направленію внутрь материка живутъ Авхеты, во владѣніяхъ которыхъ беретъ начало Ипанидъ, Невры, отъ которыхъ *вытекаетъ* Борисѳенъ, *затѣмъ* Гелоны, Ѳиссагеты, Будины, Василиды и темноволосые Агаѳирсы; выше ихъ живутъ Номады, потомъ Людоѣды, а отъ Бука выше Мэотиды — Савроматы и Есседоны; по берегу же до самаго Танаида *живутъ* Мэоты, отъ которыхъ *и* озеро получило *свое* названіе, а за ними послѣдніе Аримаспы. Сейчасъ *за ними* — Рипейскія горы и страна, названная Птерофоромъ (Пероносною) вслѣдствіе того, что тамъ постоянно падаетъ похожій на перья снѣгъ; эта часть обездолена самою природою, окутана густымъ мракомъ и подвержена дѣйствію страшнаго холода и леденящему вѣянію Аквилона.

§ 89. Pone eos montes ulraque Aquilonem gens felix (si credimus), quos Hyperboreos appellavere, annoso degit aevo, fabulosis celebrata miraculis. Ibi creduntur esse cardines mundi extremique siderum ambitus semenstri luce et una die solis aversi, non, ut imperiti dixere, ab aequinoctio verno in autumnum. semel in anno solstitio oriuntur iis soles brumaque semel occidunt. regio aprica, felici temperie, omni adflatu noxio carens. domus iis nemora lucique, et deorum cultus viritim gregatimque, discordia ignota et aegritudo omnis. mors non nisi satietate vitae epulatis delibutoque senio luxu e quadam rupe in mare salientium. hoc genus sepulturae beatissimum. (90). Quidam eos in prima parte Asiae litorum posuere, non in Europa, quia sunt ibi similitudine et situus Attacorum nomine. alii medios fecere eos inter utrumque solem, antipodum occasus ex-

89. За этими горами и за областью Аквилона, если вѣрить *слухамъ*, счастливый народъ, называемый Иперборееями, ведетъ долголѣтнюю жизнь и славится баснословными чудесами. Здѣсь, по общему вѣрованію, находится міровой полюсъ и самые отдаленные пункты движенія звѣздъ; здѣсь полгода бываетъ свѣтло и только на одинъ день скрывается солнце, но не отъ весенняго равноденствія до осени, какъ утверждаютъ невѣжды. Однажды въ годъ, именно во время *лѣтняго* солнцестоянія, встаетъ у нихъ солнце и однажды, во время зимняго солнцестоянія, заходитъ. Эта страна освѣщена солнцемъ, обладаетъ счастливымъ климатомъ и свободна отъ всякихъ вредныхъ вѣтровъ. Жилищами для обитателей служатъ лѣса и рощи; боговъ почитаютъ они какъ каждый отдѣльно, такъ и сообща; раздоры и всякія горести имъ невѣдомы. Смерть на-

orientemque nostrum, quod fieri nullo modo potest tam vasto mari interveniente. qui alibi quam in semenstri luce constituere eos, serere matutinis, meridie metere, occidente fetus arborum decerpere, noctibus in specus condi tradiderunt. (91) Nec licet dubitare de gente ea, tot auctores produnt frugum primitias solitos Delum mittere Apollini quem praecipue colunt. virgines ferebant eas hospitiis gentium per annos aliquot venerabiles, donec violata fide in proximis accolarum finibus deponere sacra ea instituere, hique ad conterminos deferre, atque ita Delum usque. mox et hoc ipsum exolevit. Sarmatiae, Scythiae, Tauricae, omnisque a Borysthene amne tractus longitudo $\overline{DCCCCLXXX}$, latitudo $\overline{DCCXVI}$ a M. Agrippa tradita est. ego incertam in hac terrarum parte mensuram arbitror [1]).

ходятъ они только тогда, когда, пресытившись жизнью, упоенные пирами и старческимъ разгуломъ, бросаются съ какой-то скалы въ море. Такой родъ погребенія — самый счастливый. (90) Нѣкоторые помѣщаютъ этотъ народъ въ первой части Азіатскихъ береговъ, а не въ Европѣ, такъ какъ здѣсь живетъ подобное по нравамъ и положенію *племя*, по имени Аттаки; другіе же помѣщаютъ ихъ посреднпѣ между солнечнымъ восходомъ и заходомъ, — западомъ антиподовъ и нашимъ востокомъ; но это ни въ какомъ случаѣ невозможно, такъ какъ между ними лежитъ столь громадное море. Тѣ, которые помѣщаютъ ихъ не тамъ, гдѣ день продолжается полгода, говорятъ, что они по утрамъ сѣютъ, въ полдень жнутъ, вечеромъ собираютъ древесные плоды, а по ночамъ скрываются въ пещерахъ. (91). Нельзя сомнѣваться въ *существованіи* этого народа, — столько писателей говорятъ, что Иперборей имѣютъ обыкновеніе посылать начатки плодовъ на о. Дилосъ Аполлону, котораго чтутъ преимущественно *передъ другими*. Первоначально эти *начатки* приносили дѣвы, нѣсколько лѣтъ пользовавшіяся гостепріимствомъ и уваженіемъ народовъ; но послѣ того какъ съ ними поступлено было вѣроломно, былъ введенъ обычай складывать эти святыни на границѣ владѣній ближайшихъ сосѣдей; эти переносили ихъ къ своимъ сосѣдямъ и такъ далѣе до самаго Дилоса. Но впослѣдствіи и это прекратилось. Сарматія, Скиѳія, Таврика и все разстояніе отъ р. Борисѳена имѣетъ, по словамъ М. Агриппы, въ длину 980000 ш., а въ ширину — 716000 ш. Я полагаю однако, что измѣреніе этой части земной поверхности не можетъ быть точно.

§ 93. Ante Borysthenen Achillea est [insula] supra dicta, eadem Leuce et Macaron appellata. hanc temporum horum demonstratio a Borysthene $\overline{CXL}$ ponit, a Tyra $\overline{CXX}$, a Peuce insula $\overline{L}$. cingitur circiter $\overline{X}$ p. Reliquae in Carcinite sinu Cephalonnesos, Spodusa, Macra. Non est omittenda multorum opinio, priusquam digredimur a Ponto, qui maria omnia inte-

93. Передъ устьемъ Борисѳена лежитъ вышеупомянутый Ахилловъ *островъ*, который также называется Бѣлымъ и *островомъ* Блаженныхъ. По измѣренію, *произведенному* въ наше время, онъ отстоитъ отъ Борисѳена на 140000 ш., отъ Тиры на 120000 *ш.*, отъ о. Певки — на 50000 *ш.*, а въ окружности имѣетъ около 10000 *ш.* Остальные острова въ Каркинитскомъ заливѣ: Кефалоннисъ, Спо-

1) § 92 Ponti ora occidentalis describitur usque ad Histri ostia.

riora illo capite nasci, non Gaditano freto, existimavere haut improbabili argumento, quoniam aestus semper e Ponto profluens numquam reciprocet.

§ 94. Exeundum deinde est, ut extera Europae dicantur, transgressisque Riphaeos montes litus oceani septentrionalis in laeva, donec perveniatur Gadis, legendum. Insulae complures sine nominibus eo situ traduntur, ex quibus ante Scythiam quae appellatur Baunonia unam abesse diei cursu, in quam veris tempore fluctibus electrum eiciatur, Timaeus prodidit. reliqua litora incerta signata fama. septentrionalis oceanus. Amalchium eum Hecataeus appellat a Parapaniso amne, qua Scythiam adluit, quod nomen eius gentis lingua significat congelatum. (95) Philemon Morimarusam a Cimbris vocari, hoc est mortuum mare, inde usque ad promunturium Rusbeas, ultra deinde Cronium. Xenophon Lampsacenus a litore Scytharum tridui navigatione insulam esse inmensae magnitudinis Balciam tradit, eandem Pytheas Basiliam nominat. Feruntur et Oeonae in quis ovis avium et avenis incolae vivant, aliae in quibus equinis pedibus homines nascantur Hippopodes appellati. Phanesiorum aliae in quibus nuda alioqui corpora praegrandes ipsorum aures tota contegant. (96) Incipit inde clarior aperiri fama ab gente Inguaeonum quae est prima in Germania.. (97) Quidam haec habitari ad Vistlam usque fluvium a Sarmatis, Venedis, Sciris, Hirris tradunt... (99)... Germanorum genera quinque... (100)... quinta pars Peucini, Basternae supra dictis contermini Dacis. Amnes clari in oceanum defluunt Guthalus, Visculus sive Vistla, Albis, Visurgis...

дуса, Макра. Прежде чѣмъ покончить съ Понтомъ, нельзя обойти молчаніемъ очень распространеннаго мнѣнія, по которому всѣ внутреннія моря берутъ начало изъ этого источника, а не изъ Гадитанскаго пролива; такъ полагаютъ на *томъ* очень вѣроятномъ основаніи, что морская вода всегда течетъ изъ Понта, но никогда не возвращается *въ него.*

94. Затѣмъ нужно выйдти [изъ Скиѳіи], для того чтобы описать внѣшніе *предѣлы* Европы, и, перейдя чрезъ Рифейскія горы, плыть влѣво вдоль берега Сѣвернаго океана, пока не достигнемъ Гадиса. Въ этихъ мѣстахъ есть, какъ говорятъ, нѣсколько безыменныхъ острововъ, изъ коихъ одинъ, по словамъ Тимэя, лежитъ на разстояніи дня пути отъ такъ называемой Бавнонской Скиѳіи и на него въ весеннее время выбрасывается волнами янтарь. Остальные берега отмѣчаются въ разсказахъ, какъ неизвѣстные. *Здѣсь* Сѣверный океанъ; Гекатэй называетъ его Амалхійскимъ отъ рѣки Парапаниса *на всемъ пространствѣ*, гдѣ онъ омываетъ Скиѳію; это названіе на языкѣ туземцевъ значитъ «замерзшій». (95) Филимонъ говоритъ, что у Кимвровъ онъ называется Моримарусою, т. е. Мертвымъ моремъ, оттуда до мыса Русбея, а далѣе — Кронійскимъ. Ксенофонтъ Лампсакскій передаетъ, что на разстояніи трехъ дней плаванія отъ Скиѳскаго берега лежитъ островъ Балція огромной величины, а Пиѳей тотъ же *островъ* называетъ Василіею. Упоминаются также Эонскіе *острова*, на которыхъ жители питаются птичьими яйцами и злаками, и другіе, на которыхъ родятся люди съ лошадиными ногами, называемые Иппоподами (Коненогими), а также другіе *острова* Фанесійцевъ, у которыхъ огромныя уши прикрываютъ все обнаженное ихъ тѣло. (96) Оттуда начинаются болѣе извѣстныя земли отъ племени Ингевоновъ, которое съ той стороны первое *въ* Германіи... (97) Нѣкоторые передаютъ, что эти *земли* до рѣки Вистлы обитаемы Сарматами, Венедами, Скирами и Гиррами... (99)... Германцы дѣлятся на пять родовъ... (100)... Пятая часть — Певкины и Бастерны, сосѣдніе вышеупомянутымъ Дакамъ. Въ океанъ текутъ *здѣсь* славныя рѣки: Гуѳалъ, Вискулъ или Вистла, Эльба, Везеръ...

LIBER V.

§ 97. [Pamphyliam gentemque Lyciam] Taurus mons ab Eois veniens litoribus Chelidonio promunturio disterminat, inmensus ipse et innumerarum gentium arbiter, dextro latere septentrionalis, ubi primum ab Indico mari exsurgit, laevo meridianus et ad occasum tendens mediamque distrahens Asiam, nisi opprimenti terras occurrerent maria. resilit ergo ad septentriones, flexusque inmensum iter quaerit, velut de industria rerum natura subinde aequora opponente, hinc Phoenicium, hinc Ponticum, illinc Caspium et Hyrcanium contraque Maeotium lacum. (98) torquetur itaque collisus inter haec claustra et tamen victor flexuosus evadit usque ad cognata Ripaeorum montium iuga, numerosis nominibus et novis quacumque incedit insignis, Imaus prima parte dictus, mox Emodus, Paropanisus, Circius, Cambades, Pariades, Choatras, Oreges, Oroandes, Nyphates, Taurus atque ubi se quoque exuperat Caucasus, ubi brachia emittit subinde temptanti maria similis Sarpedon, Coracesius, Cragus, iterumque Taurus, (99) etiam ubi dehiscit seque populis aperit portarum tamen nomine unitatem sibi vindicans quae aliubi Armeniae aliubi Caspiae aliubi Ciliciae vocantur. quin etiam confractus, effugiens quoque maria, plurimis se gentium nominibus hinc et illinc implet, a dextra Hyrcanius, Caspius, a laeva Parihedrus, Moschicus, Amazonicus, Coraxicus, Scythicus appellatus, in universum vero Graece Ceraunius.

КНИГА 5.

[Памфилію отъ Ликійскаго народа] отдѣляетъ Хелидонійскимъ мысомъ горный хребетъ Тавръ, тянущійся отъ восточныхъ береговъ, *хребетъ* огромный самъ *по себѣ* и зритель безчисленныхъ народовъ, правой стороной обращенный къ сѣверу, *начиная съ того мѣста*, гдѣ *онъ* впервые поднимается отъ Индійскаго моря, а лѣвой — къ югу; въ своемъ направленіи къ западу онъ разрѣзалъ бы пополамъ всю Азію, еслибы на его протяженіи по землямъ не встрѣчались моря. Поэтому онъ отступаетъ къ сѣверу и, сдѣлавъ поворотъ, простирается на огромное разстояніе, причемъ природа какъ бы нарочито неоднократно противопоставляетъ ему моря, — съ одной стороны Финикійское, съ другой — Понтійское, съ третьей — Каспійское и Ирканское и насупротивъ Мэотійское озеро. (98). Сдавленный въ этихъ тискахъ, онъ извивается и всетаки побѣдоносно достигаетъ своими изгибами родственныхъ хребтовъ Рипейскихъ горъ; на всемъ своемъ протяженіи онъ получаетъ много новыхъ именъ: въ началѣ онъ называется Имавъ, затѣмъ Эмодъ, Паропанисъ, Цирцій, Камбадъ, Паріадъ, Хоатръ, Орегъ, Ороандъ, Нифатъ, Тавръ, тамъ, гдѣ превышаетъ самого себя — Кавказъ, тамъ, гдѣ выпускаетъ отъ себя отроги, какъ бы пробуя то тамъ, то симъ моря, — Сарпедонъ, Коракесій, Крагъ и снова Тавръ; (99) даже тамъ, гдѣ онъ разступается и открываетъ въ себѣ *проходы* народамъ, онъ всетаки пріобрѣтаетъ себѣ единство именемъ воротъ, которыя въ одномъ мѣстѣ называются Арменскими, въ другомъ — Каспійскими, въ 3-мъ Киликійскими; даже прерываясь и удаляясь отъ морей, онъ съ обѣихъ сторонъ получаетъ отъ *мѣстныхъ* племенъ множество названій: съ правой стороны онъ называется Ирканскимъ, Каспійскимъ, съ лѣвой — Паріедромъ, Мосхійскимъ, Амазонскимъ, Кораксійскимъ и Скиѳскимъ, а общее названіе его у Грековъ — Керавнскій хребетъ.

LIBER VI.

§ 1. Pontus Euxinus antea ab inhospitali feritate Axinus appellatus est... et ipse

КНИГА 6.

Понтъ Евксинскій раньше назывался Аксинскимъ отъ негостепріимной дикости

in Europam Asiamque funditur... Bosporo quoque in aliam vastitatem panditur nulla satietate donec exspatianti lacus Maeoti rapinam suam iungant...

обитателей... Онъ тоже разливается и къ Европѣ, и къ Азіи... И отъ Воспора также ненасытно разливается онъ на другое обширное пространство, пока Мэотійскія озера не присоединяютъ къ его разливу и свои стремленія...

§ 3. Mensuram Ponti a Bosporo ad Maeotium lacum quidam fecere |XIIII|XXXVIII D, Eratosthenes C minorem. Agrippa a Calchadone ad Phasim |X|, inde Bosporum Cimmerium CCCLX. nos intervalla generatim ponimus conperta in aevo nostro, quando etiam in ipso ore Cimmerio pugnatum est.

Ширину Понта отъ Воспора до Мэотійскаго озера нѣкоторые опредѣляютъ въ 1438500 шаговъ, а Эратосѳенъ — на 100 тысячъ меньше. Агриппа отъ Калхадона до Фасида считаетъ 1000000 шаговъ, оттуда до Воспора Киммерійскаго — 360000 шаговъ. Мы вообще дадимъ такія измѣренія, какія опредѣлены въ нашъ вѣкъ, когда война велась въ самомъ Киммерійскомъ проливѣ...

---

§ 11. Gentes Caenarum, Chalybum, oppidum Cotyorum, gentes Tibareni, Massyni notis signantes corpora, gens Macrocephali, oppidum Cerasus, portus Cordule, gentes Bechires, Buxeri, flumen Melas, gens Machorones, Sidoni flumenque Sidenum quo alluitur oppidum Polemonium ab Amiso CXX. inde flumina Iasonium, Melanthium, et ab Amiso LXXX Pharnacea oppidum, Tripolis castellum et fluvius, item Philocalia, et sine fluvio item Liviopolis, et a Pharnacea C Trapezus liberum monte vasto clausum. (12) ultra quod gens Armenochalybes, et maior Armenia XXX p. distans. In ora ante Trapezunta flumen est Pyxites, ultra vero gens Sannorum Heniochorum. flumen Absarrum cum castello cognomine in faucibus a Trapezunte CXL. Eius loci a tergo montium Hiberia est, in ora vero Heniochi, Ampreutae, Lazi, flumina Acampseon, Isis, Mogrus, Bathys, gentes Colchorum, oppidum Matium, flumen Heracleum et promunturium eodem nomine, clarissimusque Ponti Phasis. (13) oritur in Moschis, navigatur quamlibet magnis navigiis XXXVIII D p., inde minoribus longo spatio, pontibus CXX pervius. oppida in ripis habuit conplura, celeberrima Tyndarida, Circaeum, Cygnum et in faucibus Phasim. maxime autem inclaruit Aea, XV p. a mari, ubi Hippos et Cyaneos vasti amnes e diverso in eum confluunt. nunc habet Surium tantum, et ipsum ab amne influente ibi cognominatum usque

[За рѣкою Ѳермодонтомъ живутъ] племена Кеновъ, Халивовъ, лежитъ городъ Котіоръ, *далѣе* Тиварины, Массины съ татуированными тѣлами, племя Длинноголовыхъ, городъ Керасунтъ, портъ Кордула, племена Бехиры, Буксеры, рѣка Черная, племена Махороновъ и Сидоновъ, рѣка Сиденъ, омывающая городъ Полемоній въ 120000 шаговъ отъ Амиса. Затѣмъ рѣки Іасоній, Меланѳій и въ 80000 ш. отъ Амиса городъ Фарнакія, крѣпость и рѣка Триполь, также Филокалія, крѣпость Ливіополь безъ рѣки, потомъ въ 100000 шаговъ отъ Фарнакіи свободный городъ Трапезунтъ, окруженный огромными горами. (12). За нимъ *живетъ* племя Арменохаливовъ, и лежитъ Великая Арменія на разстояніи 30000 шаговъ. Не доходя Трапезунта по берегу рѣка Пикситъ, а за нимъ племя Санновъ Иніоховъ. Въ 140000 ш. отъ Трапезунта рѣка Абсаръ съ соименною крѣпостью при устьѣ. Въ этой мѣстности за горами лежитъ Иверія, а по берегу *живутъ* Иніохи, Ампревты, Лазы, *текутъ* рѣки Акампсеонъ, Исидъ, Могръ, Глубокая, *потомъ* племена Колховъ, городъ Матій, рѣка Ираклій съ мысомъ того же имени и славнѣйшая изъ Понтійскихъ *рѣкъ* — Фасидъ. (13). Она беретъ начало во *владѣніяхъ* Мосховъ, судоходна для самыхъ большихъ судовъ на 38500 ш., затѣмъ на большомъ протяженіи для меньшихъ *судовъ;* для переправы *черезъ нее устроено* 120 мостовъ. На берегахъ ея лежало нѣсколько городовъ, *изъ которыхъ* славнѣйшіе — Тиндарида, Киркей, Кигнъ

quo magnarum navium capacem esse diximus. et alios accipit fluvios magnitudine numeroque mirabiles, inter quos Glaucum. in ore eius insulae sine nomine. abest Absarro LXX. (14) Inde aliud flumen Charien, gens Saltiae antiquis Phthirophagi dicti et alia Sanni. flumen Chobum e Caucaso per Suanos fluens. dein Rhoan, regio Cegritice, amnes Sigania, Thersos, Astelphus, Chrysorroas. gens Absilae, castellum Sebastopolis a Phaside C. gens Sanicarum, oppidum Cygnus, flumen et oppidum Penius. deinde multis nominibus Heniochorum gentes.

§ 15. Subicitur Ponti regio Colica, in qua iuga Caucasi ad Ripaeos montes torquentur, ut dictum est, altero latere in Euxinum et Maeotium devexa, altero in Caspium et Hyrcanium mare. Reliqua litora ferae nationes tenent Melanchlaeni, Coraxi urbe Colchorum Dioscuriade iuxta fluvium Anthemunta nunc deserta, quondam adeo clara ut Timosthenes in eam CCC nationes dissimilibus linguis descendere prodiderit. et postea a nostris CXXX interpretibus negotia gesta ibi. (16) sunt qui conditam eam ab Amphito et Thelchio Castoris ac Pollucis aurigis putent, a quibus ortam Heniochorum gentem fere constat. A Dioscuriade oppidum Heracleum. distat a Sebastopoli LXX. Achaei, Mardi, Cercetae, post eos Serri, Cephalotomi. in intimo eo tractu Pityus oppidum opulentissimum ab Heniochis direptum est. a tergo eius Epagerritae, Sarmatarum populus in Caucasi iugis, post quem Sauromatae. (17) Ad hos profugerat Mithridates Claudio principe narravitque Thalos iis esse confinis qui ab oriente Caspii maris fauces attingerent. siccari eas aestu recedente. In ora autem iuxta Cercetas flumen Icarus, Aci cum oppido Hiero flumine, ab Heracleo CXXXVI. inde promunturium Crunoe, a quo supercilium

и при устьѣ Фасидъ; по наибольшей извѣстностью пользовалась Эя въ 15000 ш. отъ моря *на томъ мѣстѣ*, гдѣ въ Фасидъ съ разныхъ сторонъ впадаютъ большія рѣки Иппъ и Кіаней. Нынѣ существуетъ только Сурій, названный по имени рѣки, впадающей *въ Фасидъ* въ томъ мѣстѣ, до котораго онъ, какъ мы сказали, судоходенъ для большихъ кораблей; онъ принимаетъ въ себя и другія рѣки, замѣчательныя по величинѣ и многочисленности, между ними Главкъ; въ устьѣ его безъименные острова. Отъ Абсарра онъ отстоитъ на 70000 ш. (14). Затѣмъ другая рѣка Харіентъ, народъ Салтіи, у древнихъ называвшійся Вшеѣдами, и другой *народъ*—Санны; черезъ *область* Свановъ съ Кавказа течетъ рѣка Хобъ. Далѣе—Роанъ, область Кегритика, рѣки: Сиганія, Өерсъ, Астелфъ, Хрисорроасъ, племя Абсиловъ, крѣпость Севастополь въ 100000 ш. отъ Фасида, племя Саниковъ, городъ Кигнъ, рѣка и городъ Пеній, наконецъ племена Иніоховъ, *различающіяся* многими названіями.

§ 15. Къ нимъ прилегаетъ Понтійская область Колика, въ которой Кавказскій хребетъ, какъ сказано, поворачиваетъ къ Рипейскимъ горамъ, однимъ концомъ опускаясь къ Евксину и Мэотидѣ, а другимъ—къ Каспійскому и Ирканскому морю. Остальные берега занимаютъ дикія племена—Меланхлены и Кораксы съ Колхійскимъ городомъ Діоскуріадою у рѣки Анөемунта; теперь онъ находится въ запустѣніи, но нѣкогда былъ до того славенъ, что, по словамъ Тимосөена, туда сходилось 300 племенъ, *говорившихъ* на разныхъ языкахъ. И послѣ того наши (Римляне) вели здѣсь свои дѣла при посредствѣ 130 толмачей. (16). По мнѣнію нѣкоторыхъ, этотъ городъ былъ основанъ возницами Кастора и Поллукса, Амфитомъ и Өелхіемъ, отъ которыхъ, по извѣстіямъ почти *вполнѣ* достовѣрнымъ, ведетъ свое происхожденіе племя Иніоховъ. Отъ Діоскуріады *слѣдующій* городъ Ираклей. Отъ Севастополя онъ отстоитъ на 70000 *шаговъ. Здѣсь живутъ* Ахейцы, Марды, Керкеты, за ними—Серры, Кефалотомы. Внутри этого пространства богатѣйшій городъ Питіунтъ разграбленъ Иніохами. Въ тылу его въ Кавказскихъ горахъ *живетъ* Сарматскій народъ Епагерриты, а за нимъ—

arduum tenent Toretae. civitas Sindica, ab Hiero LXVII D. flumen Secheries.

Inde ad Bospori Cimmerii introitum LXXXVIII D. (18) Sed ipsius paeninsulae inter Pontum et Maeotium lacum excurrentis non amplior LXVII D p. longitudo est, latitudo nusquam infra duo iugera. Eonem vocant. ora ipsa Bospori utrimque ex Asia atque Europa curvatur in Maeotim. oppida in aditu Bospori primo Hermonasa, dein Cepoe Milesiorum, mox Stratoclia et Phanagoria ac paene desertum Apaturos ultumoque in ostio Cimmerium, quod antea Cerberion vocabatur.

Inde Maeotis lacus in Europa dictus. (19) A Cimmerio accolunt Maeotici, Hali, Sernis, Serrei, Scizi, Gnissi. dein Tanain amnem gemino ore influentem incolunt Sarmatae, Medorum (ut ferunt) suboles, et ipsi in multa genera divisi. primi Sauromatae Gynaecocratumenoe, Amazonum conubia. dein Naevazae, Coitae, Cizici, Messeniani, Cotobacchi, Cetae, Zigae, Tindari, Thussegetae, Tyrcae usque ad solitudines saltuosis convallibus asperas, ultra quas Arimphaei qui ad Ripaeos pertinent montes. (20) Tanaim ipsum Scythae Sinum vocant, Maeotim Temarundam, quo significant matrem maris. oppidum in Tanais quoque ostio. Tenuere finitima primo Cares, dein Clazomeni et Maeonis, postea Panticapaeenses. sunt qui circa Maeotim ad Ceraunios montes has tradant gentes: a litore Napras, supraque Essedonas Colchis iunctos montium cacuminibus. (21) dein Camacas, Oranos, Autacas, Mazamacas, Cantiocaptas, Agamathas, Picos, Rymosolos, Acascomarcos, et ad iuga Caucasi Icatalas, Imadochos, Ramos, Andacas, Tydios, Carastaseos, Authiandas. Lagoum amnem ex montibus Catheis in quem

Савроматы. Къ послѣднимъ бѣжалъ Миѳридатъ при императорѣ Клавдіи; онъ разсказывалъ, что въ сосѣдствѣ съ ними живутъ Ѳалы, которые съ востока доходятъ до устья Каспійскаго моря; это устье высыхаетъ-де при морскомъ отливѣ. На побережьѣ близъ Керкетовъ рѣка Икаръ, Аки съ городомъ Іеромъ и рѣкою *на разстояніи* 136000 ш. отъ Ираклея. Затѣмъ мысъ Круны, и отъ него крутая возвышенность, которую занимаютъ Тореты. *Далѣе*—государство Синдовъ въ 67500 ш. отъ Іера и рѣка Сехерій.

Оттуда до входа въ Воспоръ Киммерійскій — 88500 ш. (18). Длина самаго полуострова, выдающагося *въ море* между Понтомъ и Мэотійткимъ озеромъ, — не болѣе 67500 ш., а въ ширину онъ нигдѣ не имѣетъ менѣе 2 югеровъ. Его называютъ Эономъ. Оба берега Воспора, съ азіатской и европейской стороны, изгибаются къ Мэотидѣ. При входѣ въ Воспоръ лежатъ города: во-первыхъ Гермонаса, затѣмъ Милетская колонія Кипы, далѣе Стратоклія и Фанагорія, почти опустѣлый Апатуръ и въ самомъ концѣ пролива Киммерій, который раньше назывался Керберіемъ.

Затѣмъ *слѣдуетъ* Мэотійское озеро, *уже* упомянутое *въ описаніи* Европы. (19). Начиная оть Киммерія, живутъ Мэотики, Галы, Серны, Серреи, Скизы и Гниссы. Затѣмъ по рѣкѣ Танаиду, впадающей *въ море* 2 устьями, живутъ Сарматы, по преданію потомки Мидянъ, также раздѣляющіеся на многія племена. Первыми живутъ Савроматы Женовладѣемые, *названные такъ по тому, что произошли* отъ браковъ съ Амазонками, затѣмъ: Невазы, Коиты, Кизики, Мессеніаны, Котобакхи, Кеты, Зиги, Тиндары, Ѳуссегеты, Тирки до пустынь, недоступныхъ вслѣдствіе лѣсистыхъ ущелій; за пустынями *живутъ* Аримфэи, владѣнія которыхъ простираются до Рипейскихъ горъ. (20). Самый Танаидъ Скиѳы зовутъ Синомъ, а Мэотійское озеро — Темарундой, что значитъ *на ихъ языкѣ* «мать моря». *Есть* городъ и при устьѣ Танаида. Окрестностями его владѣли сначала Карійцы, затѣмъ Клазоменцы и Мэоны, потомъ Пантикапейцы. Нѣкоторые помѣщаютъ вокругъ Мэотійскаго озера до Keравнскихъ горъ слѣдующія племена: по берегу *живутъ*

defluat Opharus, ibi gentes Cauthadas, Opharitas, amnes Menotharum, Imityen ex montibus Cissiis, inter Agdeos, Carnas, Oscardeos, Accisos, Gabros, Gegaros, circaque fontem Imityis Imityos et Apartaeos. (22) alii influxisse eo Scythas Auchetas, Atherneos, Asampatas, ab his Tanaitas et Inapaeos viritim deletos. aliqui flumen Ocharium labi per Canticos et Sapeos, Tanain vero transisse Satharcheos, Herticheos, Spondolicos, Synhietas, Anasos, Issos, Cataeetas, Tagoras, Caronos, Neripos, Agandeos, Meandaraeos, Satharcheos, Spalaeos.

Наптры, выше ихъ по вершинамъ горъ — Есседоны, владѣнія которыхъ простираются до Колховъ. (21). Затѣмъ Камаки, Орапы, Автаки, Мазамаки, Кантіоканты, Агамаѳы, Пики, Римосолы, Акаскомарки, а у Кавказскаго хребта — Икаталы, Имадохи, Рамы, Андаки, Тидіи, Карастасеи, Авѳіанды. Съ Каѳейскихъ горъ *течетъ* рѣка Лагой, въ которую впадаетъ Офаръ; здѣсь *живутъ* племена Кавѳады и Офариты; рѣки Миноѳаръ и Имитій *текутъ* съ Кисейскихъ горъ по землямъ Агдеевъ, Карповъ, Оскардеевъ, Аккизовъ, Габровъ, Гегаровъ, а у истоковъ Имитія *живутъ* Имитіи и Апартеи. (22). По другимъ сюда вторглись Скиѳскія племена Авхеты, Аѳерпеи, Асампаты и истребили поголовно Танаитовъ и Инапэевъ. *Наконецъ*, по нѣкоторымъ извѣстіямъ, рѣка Охарій течетъ черезъ земли Кантиковъ и Сапеевъ, а Танаидъ протекаетъ черезъ земли Саѳархеевъ, Гертихеевъ, Спондоликовъ, Сингіетовъ, Анасовъ, Иссовъ, Катетовъ, Тагоровъ, Кароновъ, Нериповъ, Агандеевъ, Меандареевъ, Саѳархеевъ и Спалеевъ.

---

§ 26. Cyrus oritur in Heniochis montibus quos alii Coraxicos vocavere, Araxes eodem monte quo Euphrates VI p. intervallo, auctusque amne Usi et ipse, ut plures existimavere, a Cyro defertur in Caspium mare.... (28)... Adiabenen Tigris et montes invii cingunt. Ab laeva eius regio Medorum est ad prospectum Caspii maris. ex oceano hoc, ut suo loco dicemus, infunditur, totumque Caucasis montibus cingitur. Incolae per confinium Armeniae nunc dicentur. (29) Planitiem omnem a Cyro usque Albanorum gens tenet, mox Hiberum discreta ab his amne Ocazane in Cyrum Caucasiis montibus defluente. praevalent oppida Albaniae Cabalaca, Hiberiae Hermastus iuxta flumen, Neoris. regio Thasie et Thriare usque ad Parihedros montes. Ultra sunt Colchicae solitudines, quarum a latere ad Ceraunios verso Armenochalybes habitant et Moschorum tractus ad Hiberum amnem in Cyrum defluentem et infra eos Sacasani et deinde Macerones ad flumen Absarrum. Sic plana aut devexa optinentur. rursus ab Albaniae confinio tota montium fronte gentes Silvorum ferae, et infra Lupeniorum, mox Diduri et Sodi.

§ 26. *Рѣка* Киръ беретъ начало въ Иніохійскихъ горахъ, которыя другіе называютъ Кораксійскими, а Араксъ — на той же горѣ, что и Евфратъ, на разстояніи 6000 ш. отъ него; онъ принимаетъ въ себя рѣку Узисъ и самъ, по мнѣнію большинства писателей, въ руслѣ Кира шлетъ свои воды въ Каспійское море... (28)... Адіабену окружаютъ Тигръ и непроходимыя горы. Влѣво отъ нея страна Мидянъ въ виду Каспійскаго моря. Оно, какъ мы скажемъ въ своемъ мѣстѣ, вливается изъ Океана и все окружено Кавказскими горами. Теперь будутъ перечислены жители пограничныхъ съ Арменіею областей. (29). Всю равнину, *начиная* отъ рѣки Кира, заселяетъ племя Албанцевъ, а затѣмъ — Иверовъ, которые отдѣлены отъ первыхъ рѣкою Оказаномъ, текущею съ Кавказскихъ горъ въ р. Киръ. Главные города — въ Албаніи Кабалака, а въ Иверіи Гермастъ близъ рѣки и Неорисъ. *Далѣе лежатъ* области Ѳасійская и Ѳріарская до Паріедрійскихъ горъ. По ту сторону ихъ лежатъ Колхидскія пустыни; съ той стороны ихъ, которая обращена къ Керавнскимъ горамъ, живутъ Армепохаливы и *лежатъ* земли Мосховъ *вплоть* до

р. Ивера, впадающей въ Кпръ, а ниже ихъ Сакасаны и затѣмъ Макероны до р. Абсарра. Такъ заселены равнины или горныя покатости. Съ другой стороны, *начиная* отъ границъ Албаніи, по всему челу горъ *живутъ* дикія племена Сильвовъ, а ниже—Лупеніи, затѣмъ Дидуры и Соды.

§ 30. Ab iis sunt portae Caucasiae magno errore multis Caspiae dictae, ingens naturae opus montibus interruptis repente, ubi fores obditae ferratis trabibus, subter medias amne diri odoris fluente citraque in rupe castello quod vocatur Cumania conmunito ad arcendas transitu gentes innumeras, ibi loci terrarum orbe portis discluso, ex adverso maxime Hermasti oppidi Hiberum. A portis Caucasis per montes Gurdinios Valli, Suaui, indomitae gentes, auri tamen metalla fodiunt. ab his ad Pontum usque Heniochorum plurima genera, mox Achaeorum. Ita se habet terrarum sinus e clarissimis. (31) Aliqui inter Pontum et Caspium mare $\overline{CCCLXXV}$ p. non amplius interesse tradiderunt, Cornelius Nepos $\overline{CCL}$. tantis iterum angustiis infestatur Asia. Claudius Caesar a Cimmerio Bosporo ad Caspium mare $\overline{CL}$ prodidit, eaque perfodere cogitasse Nicatorem Seleucum quo tempore sit ab Ptolomaeo Cerauno interfectus. a portis Caucasiis ad Pontum $\overline{CC}$ esse constat fere.

§ 30. За ними находятся Кавказскія ворота, многими очень ошибочно называемыя Каспійскими, огромное созданіе природы, *образовавшееся* вслѣдствіе внезапнаго разрыва горъ; самый проходъ огороженъ обитыми желѣзомъ бревнами; подъ ними посрединѣ течетъ вонючая рѣка, а по сю сторону воротъ на скалѣ лежитъ укрѣпленіе по имени Куманія, построенное съ цѣлью препятствовать проходу безчисленныхъ племенъ. *Такимъ образомъ* въ этомъ мѣстѣ, какъ разъ насупротивъ Иверскаго города Германста, воротами раздѣлены части свѣта. Отъ Кавказскихъ воротъ въ Гурдинскихъ горахъ живутъ Валлы и Свавы, племена незнакомыя съ культурой, однако умѣющія добывать золото въ рудникахъ. Отъ нихъ до самаго Понта живетъ множество Иніохійскихъ и потомъ Ахейскихъ племенъ. Таковымъ представляется одинъ изъ наиболѣе славныхъ уголковъ вселенной. (31). Нѣкоторые *авторы* передаютъ, что между Понтомъ и Каспійскимъ моремъ не болѣе 375000 ш. разстоянія, а Корнелій Непотъ — 250000. Такъ снова суживается Азія. Цезарь Клавдій даетъ разстояніе отъ Киммерійскаго Воспора до Каспійскаго моря 150000 ш. и *прибавляетъ*, что Селевкъ Никаторъ думалъ было прорыть здѣсь каналъ, но въ это время былъ убитъ Птолемеемъ Керавномъ. Отъ Кавказскихъ воротъ до Понта, какъ извѣстно почти *достовѣрно*, 200000 шаговъ.

§ 33. Nunc omnibus quae sunt Asiae interiora dictis Ripaeos montes transcendat animus dextraque litore oceani incedat. Tribus hic partibus caeli adluens Asiam Scythicus a septentrione, ab oriente Eous, a meridie Indicus vocatur, varieque per sinus et accolas in conplura nomina dividitur. verum Asiae quoque magna portio apposita septentrioni iniuria sideris rigens vastas solitudines habet. (34) Ab extremo aquilone ad initium orientis aestivi Scythae sunt. extra eos ultraque aquilonis

§ 33. Описавши всѣ внутреннія части Азіи, перенесемся теперь мысленно черезъ Рипейскія горы и пойдемъ вправо по берегу океана. Послѣдній, омывая Азію съ 3 сторонъ свѣта, на сѣверѣ называется Скиѳскимъ, на востокѣ — Восточнымъ, на югѣ—Индійскимъ, а кромѣ того получаетъ много различныхъ названій по заливамъ и прибрежнымъ народамъ. Значительная часть Азіи, обращенная къ сѣверу и подверженная неблагопріятному вліянію сѣвернаго неба, представляетъ огромныя пу

initia Hyperboreos aliqui posuere, pluribus in Europa dictos. Primum inde noscitur promunturium Celticae Lytharmis, fluvius Carambucis, ubi lassata cum siderum vi Ripaeorum montium deficiunt iuga, ibique Arimphaeos quosdam accepimus, haut dissimilem Hyperboreis gentem. (35). sedes illis nemora, alimenta bacae, capillus iuxta feminis virisque in probro existimatur, ritus clementes. itaque sacros haberi narrant inviolatosque esse etiam feris accolarum populis, nec ipsos modo sed illos quoque qui ad eos profugerint. Ultra eos plane iam Scythae, Cimmerii, Cisianti, Georgi et Amazonum gens. Haec usque ad Caspium et Hyrcanium mare.

§ 36. Nam et inrumpit e Scythico oceano in aversa Asiae pluribus nominibus accolarum appellatum, celeberrimis duobus Caspium et Hyrcanium. Non minus hoc esse quam Pontum Euxinum Clitarchus putat, Eratosthenes ponit et mensuram ab exortu et meridie per Cadusiae et Albaniae oram $\overline{V}$CCC stadia, inde per Atiacos, Amarbos, Hyrcanos ad ostium Zoni fluminis $\overline{IIII}$DCCCC, ab eo ad ostium Iaxartis MMCCCC, quae summa efficit $\overline{|XV|LXXV}$. Artemidorus hinc detrahit $\overline{XXV}$ p. (37) Agrippa Caspium mare gentesque quae circa sunt et cum his Armeniam determinatas ab oriente oceano Serico, ab occidente Caucasi iugis, a meridie Tauri, a septentrione oceano Scythico, patere qua cognitum est $\overline{CCCCLXXX}$ in longitudinem, in latitudinem $\overline{CCXC}$ prodidit. non desunt vero qui eius maris universum circuitum a freto $\overline{|XXV|}$ tradunt. (38) Inrumpit autem artis faucibus et in longitudinem spatiosis, atque ubi coepit in latitudinem pandi lunatis obliquatur cornibus, velut ad Maeotium lacum ab ore descendens, sicilis, ut auctor est M. Varro, similitudine. Primus sinus appellatur Scythicus. utrimque enim accolunt Scythae et per angustias inter se commeant hinc

стыни. (34). Отъ крайняго Аквилона до предѣла лѣтняго востока живутъ Скиѳы. За ними и за предѣлами Аквилона нѣкоторые помѣщаютъ Ипербореевъ, большинствомъ (писателей) причисляемыхъ къ Европѣ. *Начиная* оттуда, прежде всего извѣстенъ Кельтскій мысъ Лиѳармъ и рѣка Карамбукъ, гдѣ вмѣстѣ съ уменьшеніемъ суровости климата оканчивается и Рипейскій горный хребетъ; тамъ-то живетъ, какъ говорятъ, нѣкое *племя* Аримфэевъ, похожее на Ипербореевъ. (35). Живутъ они въ лѣсахъ, питаются ягодами; имѣть *на головѣ* волосы какъ у женщинъ, такъ и у мужчинъ считается позоромъ; нравы у нихъ кроткіе, и поэтому они слывутъ, говорятъ, святыми и не подвергаются обидамъ даже со стороны дикихъ сосѣдей, и *притомъ* не только *они* сами, но и тѣ, которые прибѣгаютъ подъ ихъ защиту. Прямо за ними идутъ уже Скиѳы, Киммерійцы, Кисіанты, Георги и племя Амазонокъ; послѣднее *живетъ* до Каспійскаго и Иркапскаго моря.

36. *Послѣднее* вливается изъ Скиѳскаго океана въ заднюю сторону Азіи и носитъ по прибрежнымъ жителямъ много названій, изъ которыхъ наиболѣе извѣстны — Каспійское и Иркаңское. По мнѣнію Клитарха, оно не меньше Понта Евксинскаго, а Ератосѳенъ даетъ и измѣреніе, *именно:* съ юго-востока по берегу Кадусіи и Албаніи — 5300 стадій; оттуда черезъ *земли* Атіаковъ, Амарбовъ и Иркановъ до устья р. Зона — 4900 стадій, отсюда до устья Яксарта — 2400; все это въ итогѣ даетъ 1575000 *шаговъ.* Артемидоръ изъ этого числа убавляетъ 25000 шаговъ. (37). Агриппа, ограничивая Каспійское море и живущія вокругъ его племена со включеніемъ Арменіи съ востока Серскимъ океаномъ, съ запада — Кавказскимъ хребтомъ, съ юга — Тавромъ, съ сѣвера — Скиѳскимъ океаномъ, говоритъ, что *оно въ тѣхъ предѣлахъ*, которые уже извѣстны, простирается на 480000 *шаговъ* въ длину и 290000 въ ширину. Есть однако и такіе писатели, которые говорятъ, что вся окружность этого моря отъ пролива имѣетъ 2500000 шаговъ. (38). Вливается это море чрезъ узкій, но очень длинный проливъ и съ того мѣста, гдѣ начинаетъ расширяться, изгибается въ видѣ роговъ луны; такъ на-

Nomades et Sauromatae multis nominibus, illinc Abzoae non paucioribus. ab introitu dextra mucronem ipsum faucium tenent Udini Scytharum populus. dein per oram Albani, ut ferunt, ab Iasone orti, ante quos quod mare est Albanum nominatur. (39) Haec gens superfusa montibus Caucasis ad Cyrum amnem, Armeniae confinium atque Hiberiae, descendit, ut dictum est. Supra maritima eius Udinorumque gentem Sarmatae, Utidorsi, Aroteres praetenduntur, quorum a tergo indicatae iam Amazones et Sauromatides. Flumina per Albaniam decurrunt in mare Casus et Albanus, dein Cambyses in Caucasis ortus montibus, mox Cyrus in Coraxicis, ut diximus. Oram omnem a Caso praealtis rupibus accessu carere per CCCCXXV p. auctor est Agrippa. A Cyro Caspium mare vocari incipit. accolunt Caspi. (40) Corrigendus est in hoc loco error multorum etiam qui in Armenia res proxime cum Corbulone gessere. namque hi Caspias appellavere portas Hiberiae quas Caucasias diximus vocari, situsque depicti et inde missi hoc nomen inscriptum habent. et Neronis principis comminatio ad Caspias portas tendere dicebatur, cum peteret illas quae per Hiberiam in Sarmatas tendunt, vix ullo propter oppositos montes aditu ad Caspium mare. sunt autem aliae Caspiis gentibus iunctae, quod dinosci non potest nisi comitatu rerum Alexandri Magni.

примѣръ, *берегъ*, идущій отъ устья къ Мэотійскому озеру, по словамъ М. Варрона, имѣетъ видъ серпа. Первый заливъ называется Скиѳскимъ, такъ какъ по обѣ стороны его живутъ Скиѳы, которые сообщаются между собою по узкому проливу, по сю сторону Номады и Савроматы подъ многими *отдѣльными* именами, а по ту сторону—Абзои съ меньшимъ *количествомъ названій.* Направо отъ входа *въ море* на самомъ краю пролива живетъ Скиѳское племя Удины. Далѣе по побережью — Албанцы, происшедшіе, по преданію, отъ Іасона; лежащая передъ ними часть моря называется Албанскимъ. (39). Это племя, разселившееся по Кавказскимъ горамъ, доходитъ, какъ сказано, до рѣки Кира, составляющей границу Арменіи и Иверіи. Выше приморскихъ его *владѣній* и племени Удиновъ простираются *земли* Сарматовъ, Утидорсовъ и Пахарей, а въ тылу ихъ *живутъ* уже упомянутыя Амазонки и Савроматиды. Черезъ Албанію текутъ въ море рѣки Касъ и Албанъ, затѣмъ Камбизъ, берущій начало въ Кавказскихъ горахъ, далѣе Киръ, *текущій*, какъ выше сказано, съ горъ Кораксійскихъ. По свидѣтельству Агриппы, весь берегъ отъ Каса вслѣдствіе очень высокихъ скалъ недоступенъ на протяженіи 425000 шаговъ. Отъ Кира море получаетъ названіе Каспійскаго; по берегу живутъ Каспіи. (40). Здѣсь нужно исправить ошибку многихъ, даже *тѣхъ*, которые въ послѣднее время принимали участіе въ походѣ Корбулона въ Арменію: они называютъ Каспійскими *тѣ* ворота *въ* Иверіи, которыя, какъ мы сказали, называются Кавказскими; это названіе стоитъ и на присланныхъ оттуда ситуаціонныхъ картахъ. И угроза императора Нерона относилась будто бы къ Каспійскимъ воротамъ, тогда какъ въ ней разумѣлись тѣ, которыя ведутъ черезъ Иверію въ землю Сарматовъ: вѣдь едвали есть какой-либо доступъ къ Каспійскому морю вслѣдствіе облегающихъ его горъ. Есть, правда, и другія *ворота* у Каспійскихъ народовъ, но объ этомъ можно узнать единственно изъ разсказовъ спутниковъ Александра Великаго.

---

49. Ultra Sogdiani, oppidum Panda et in ultimis eorum finibus Alexandria ab Alexandro Magno conditum. Arae ibi sunt

§ 49. За *Бактрами* живутъ Согдіаны, *у нихъ* города Панда и Александрія, построенная Александромъ Великимъ на

ab Hercule ac Libero Patre constitutae, item Cyro et Samiramide atque Alexandro, finis omnium eorum ductus ab illa parte terrarum, includente flumine Iaxarte, quod Scythae Silim vocant, Alexander militesque eius Tanain putavere esse. transcendit eum amnem Demodamas, Seleuci et Antiochi regum dux, quem maxime sequimur in his, arasque Apollini Didymaeo statuit.

крайнихъ предѣлахъ ихъ земли. Тамъ Геркулесомъ и отцомъ Либеромъ, а также Киромъ, Семирамидою и Александромъ построены алтари, *которыми отмѣченъ* предѣлъ ихъ походовъ въ этихъ земляхъ; дальнѣйшему ихъ движенію препятствовала рѣка Яксартъ, которую Скиѳы зовутъ Силисомъ, а Александръ и его воины приняли за Танаидъ. Чрезъ эту рѣку переправился Димодамантъ, воевода царей Селевка и Антіоха, которому мы главнѣйше слѣдуемъ въ этомъ *описаніи*, и поставилъ алтари Аполлону Дидимскому.

§ 50. Ultra sunt Scytharum populi. Persae illos Sagas in universum appellavere a proxima gente, antiqui Aramios. Scythae ipsi Persas Chorsaros et Caucasum montem Croucasim, hoc est nive candidum... (51)... Haustum ipsius maris dulcem esse et Alexander Magnus prodidit et M. Varro talem perlatum Pompeio iuxta res gerenti Mithridatico bello, magnitudine haut dubie influentium amnium victo sale. (52) Adicit idem Pompei ductu exploratum in Bactros septem diebus ex India perveniri ad Bactrum flumen quod in Oxum influat, et ex eo per Caspium in Cyrum subvectos, et V non amplius dierum terreno itinere ad Phasim in Pontum Indicas posse devehi merces. Insulae toto in eo mari multae, volgata una maxime Zazata.

§ 50. За этой рѣкой живутъ Скиѳскіе народы. Персы дали имъ общее названіе Саговъ отъ ближайшаго народа, а древніе *звали* Арамійцами. Сами Скиѳы Персовъ называютъ Хорсарами, а Кавказскія горы — Кроукасисомъ, т. е. бѣлымъ отъ снѣга.... (51).... Что вода въ самомъ (Каспійскомъ) морѣ имѣетъ прѣсный вкусъ, объ этомъ передаетъ Александръ Великій, а также М. Варронъ утверждаетъ, что такая *вода* была принесена Помпею во время его военныхъ дѣйствій вблизи *моря* въ Миѳридатовскую войну; соленый вкусъ ея, безъ сомнѣнія, уничтожается впадающими *въ море* огромными рѣками. (52). Варронъ прибавляетъ также, что во время похода Помпея было изслѣдовано, что изъ Индіи можно въ 7 дней придти въ Бактрію къ р. Бактру, впадающей въ Оксъ, и съ этой рѣки по Каспійскому морю проѣхать до р. Кира, и что индійскіе товары не болѣе какъ въ 5 дней могутъ быть доставлены сухимъ путемъ въ Понтъ къ Фасиду. По всему Каспійскому морю разсѣяно много острововъ, *изъ коихъ* наиболѣе извѣстенъ одинъ Зазата.

§ 53. A Caspio mari Scythicoque oceano in Eoum cursus inflectitur ad orientem conversa litorum fronte. Inhabitabilis eius prima pars a Scythico promunturio ob nives, proxima inculta saevitia gentium. Anthropophagi Scythae insident humanis corporibus vescentes. ideo iuxta vastae solitudines ferarumque multitudo haut dissimilem hominum inmanitatem obsidens. Iterum deinde Scythae iterumque deserta cum beluis, usque ad iugum incubans mari quod vocant Tabim. Nec ante dimidiam ferme longitudinem eius orae quae spectat aestivom orientem inhabitatur illa regio...

§ 53. Отъ Каспійскаго моря и Скиѳскаго океана къ Восточному путь поворачиваетъ къ востоку вслѣдствіе перемѣны направленія береговъ. Первая часть этой земли отъ Скиѳскаго мыса необитаема по причинѣ снѣговъ, а слѣдующая не обработана вслѣдствіе дикости *населяющихъ её* народовъ. Тамъ сидятъ Скиѳы Людоѣды, питающіеся человѣческимъ мясомъ; поэтому вблизи лежатъ обширныя пустыни со множествомъ звѣрей, съ которыми по дикости сходны тамошніе обитатели. Затѣмъ снова *живутъ* Скиѳы и снова обитаемыя звѣрями пустыни вплоть до прилежащаго къ морю горнаго хребта, называ-

емаго Табисъ. Эта страна становится обитаемою не раньше, чѣмъ съ половины длины того побережья, которое обращено къ лѣтнему востоку.

---

§ 219. Hactenus antiquorum exacta celebravimus. sequentium diligentissimi quod superest terrarum supra tribus adsignavere segmentis: a Tanai per Maeotim lacum et Sarmatas usque Borysthenen atque ita per Dacos partemque Germaniae, Gallias, oceani litora amplexi, quod esset horarum XVI, alterum per Hyperboreos et Britanniam horarum XVII, postremum Scythicum a Ripaeis iugis in Thylen, in quo dies continuarentur, ut diximus, noctesque per vices.


---

475 vellera phrixi Phrixus et Helle Athamantis, Aeolo geniti, et Nepheles filii fuerunt. quos cum noverca persequeretur infesta, arietem aurei velleris conscenderunt. mare ingressi patriam Colchos petebant. sed enim Helle utpote puella sexu infirmior in mare delapsa nomen Helles ponto tribuit. Phrixus devenit ad Colchos ibique immolato ariete pellem eius auream Marti dicavit, quam draco pervigil custodiebat. ad quam repetendam Iason a Pelia rege missus semideos Graeciae congregavit, qui ex navis nomine Argonautae sunt dicti, quae a velocitate Argo nominata est, quod dicente Homero datur agnosci. ait enim <Iliad. I, 50>: καὶ κύνας ἀργούς id est canes veloces. quae cum praedictis prima omnium ingressa est mare. Sed Iason ubi Colchos advenit, adamatus a Medea, Aeetae regis filia, anguem necavit carminibus soporatum et ablatam pellem revexit ad patriam [1]).

Руно Фрикса. Фриксъ и Гелла были дѣтьми Аѳаманта, сына Эолова, и Нефелы. Такъ какъ ихъ преслѣдовала враждебная мачиха, то они сѣли на барана *съ* золотымъ руномъ. Пустившись по морю, они искали *новаго* отечества у Колховъ. Но Гелла, какъ дѣвушка, *будучи* слабѣе поломъ, упала въ море и дала *ему* имя Геллеспонта. Фриксъ попалъ къ Колхамъ и тамъ, заклавъ барана, посвятилъ Марсу его золотую шкуру, которую сторожилъ бдительный драконъ. Посланный для обратнаго ея полученія царемъ Пеліемъ, Іасонъ соединилъ полубоговъ Греціи, которые по имени корабля были названы Аргонавтами, а корабль этотъ былъ названъ Арго за быстроту, что можно узнать изъ словъ Омира. Именно онъ говоритъ <Ил. I 50>: καὶ κύνας ἀργούς, т. е. и псовъ быстрыхъ. Этотъ *корабль* съ вышеупомянутыми *полубогами* первымъ изъ всѣхъ поѣхалъ по морю. Но какъ только Іасонъ прибылъ *въ страну* Колховъ, полюбленный дочерью царя Эита, Мидіей, убилъ змѣя, усыпленнаго чарами и унесенную шкуру привезъ обратно въ отечество.

---

1) Saepius eandem fabulam tangit scholiasta, cf. II, 281 (I., p. 101), III, 516 (I., p. 174), V, 336 (I., p. 278—9); *Achill.* 28 (I., p. 488—9), 65 (I., p. 489—90).

COMMENTARIUS IN LIBRUM VII.

ТОЛКОВАНІЕ КЪ КНИГѢ VII.

174 peltis lunatis scutis, quibus utuntur Amazones.

Пельтами: луновидными щитами, которыми пользуются Амазонки.

---

524 ab Hyrcanis Armeniis. hoc dicit: Si hoc a ferissimis gentibus postulassem, potuissem mereri, ut me media fratrum discordia sopiretur.

Отъ Иркановъ Армейнійцевъ. Вотъ что говоритъ *Стацій*: если бы я этого потребовалъ отъ самыхъ жестокихъ народовъ, я могъ бы заслужить, чтобы меня успокоилъ враждебный раздоръ братьевъ.

COMMENTARIUS IN LIBRUM VIII.

ТОЛКОВАНІЕ КЪ КНИГѢ VIII.

290 cui caspia Caspiae portae sunt in Armeniorum finibus constitutae. unde Lucanus ⟨VIII 291⟩: 'Caspiaque immensos secludunt claustra recessus'.

Которому Каспіевы. Каспіевы ворота находятся въ предѣлахъ Арменійцевъ. Откуда Луканъ говоритъ ⟨VII, 291⟩: «И Каспіевы запоры замыкаютъ огромныя пустыни».

---

437 laudataque verbera matri Taurica, quam Orestes de Scythia transtulit. consueverat enim humano cruore placari. cuius cum simulacrum in Laconiam delatum fuisset, ne quod piaculum nasceretur intermissione sollemnis sacrificii neve crudelitati Graeciae populus oboediret, inventum est, ut inter se impuberes pueri de sustinendis verberibus contenderent ac se in hanc patientiam provocarent, et super aram Dianae impositi flagellis verberabantur tam diu, donec ex humano corpore sanguis flueret, qui instar esset sacrificii. hi autem pueri appellabantur βωμονῖκαι.

И удары пріятные матери Таврической, которую Орестъ перенесъ изъ Скиѳіи. Ибо она привыкла быть умилостивляемой человѣческой кровью. Когда ея изображеніе было перенесено въ Лаконію, *то*, чтобы не возникло грѣха отъ перерыва обычнаго жертвоприношенія. и чтобы народъ Греціи не подчинился жестокости, было изобрѣтено, чтобы несовершеннолѣтніе отроки состязались другъ съ другомъ, сколько кто выдержитъ ударовъ, и вызывали другъ друга на этотъ подвигъ, и, положенные на алтарь Діаны, они подвергались бичеванію такъ долго, пока изъ человѣческаго тѣла не потечетъ кровь, которая являлась бы подобіемъ жертвоприношенія. А эти отроки назывались βωμονῖκαι (*т. е. побѣдители на алтарѣ*).

COMMENTARIUS IN LIBRUM X.

ТОЛКОВАНІЕ КЪ КНИГѢ X.

288 caspia a mari Caspio, quod inter Armeniam et Pontum est.

Каспійскія отъ Каспійскаго моря, которое находится между Арменіей и Понтомъ.

COMMENTARIUS IN ACHILLEIDA.

397 interea meritos ultrix originem belli Troiani taliter historia refert: Herculem, cum Colchos iret perdito Hyla, post peragratam Mysiam navibus Troiam venisse.

ТОЛКОВАНІЕ КЪ АХИЛЛЕИДѢ.

Между тѣмъ мстительница заслуженныя. Возникновеніе Троянской войны такъ передаетъ исторія: когда Ираклъ отправлялся *въ страну* Колховъ, потерявъ Ила, онъ прибылъ на кораблѣ въ Трою, пройдя Мисію.

M. VALERIVS MARTIALIS.

М. ВАЛЕРІЙ МАРЦІАЛЪ.

[Знаменитый эпиграмматическій поэтъ, род. около 42 г. по Р. Хр., ум. около 102 г. — Текстъ: M. Valerii Martialis epigrammaton libri. Recognovit Walther Gilbert. Editio stereotypa emendatior. Lipsiae MDCCCXCVI].

EPIGRAMMATON LIBER.

КНИГА ЭПИГРАММЪ.

3, vv. 1—4.

Quae tam seposita est, quae gens tam barbara, Caesar,
Ex qua spectator non sit in urbe tua?
Venit ab Orpheo cultor Rhodopeïus Haemo
Venit et epoto Sarmata pastus equo...

Есть ли, Цезарь, столь отдаленный или столь варварскій народъ, изъ котораго не было бы зрителя въ твоемъ городѣ? Пришелъ Родопскій земледѣлецъ отъ Орфеева Гэма, пришелъ и Сарматъ, сытый кровью коня...

7, vv. 1—2.

Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus
Assiduam nimio pectore pavit avem...

Какъ Промиѳей, привязанный на скиѳской скалѣ, кормилъ огромною грудью постоянно *прилетавшую* птицу...

C. 27 v. 7 de Carpophoro quodam dicitur:
Igniferos possit sine Colchide iungere tauros..

Онъ могъ бы безъ Колхидянки подвести подъ ярмо огнедышащихъ быковъ...

EPIGRAMMATON LIBRI XIV.

14 КНИГЪ ЭПИГРАММЪ.

V, 76, vv. 1—2.

Profecit poto Mithridates saepe veneno,
Toxica ne possent saeva nocere sibi...

Миѳридатъ частымъ пріемомъ зелій достигъ того, что жестокіе яды не могли ему вредить...

VII, 7, vv. 1—6.

Hiberna quamvis Arctos et rudis Peuce
Et ungularum pulsibus calens Hister
Fractusque cornu iam ter improbo Rhenus
Teneat domantem regna perfidae gentis
Te, summe mundi rector et parens orbis:
Abesse nostris non tamen potes votis...

Хотя бы зимняя Медвѣдица и грубая Певка и Истръ, согрѣтый ударами копытъ, и Рейнъ съ сломаннымъ уже трижды нечестивымъ рогомъ удерживали тебя, верховный правитель міра и отецъ города, при покореніи царствъ вѣроломнаго племени, — ты всетаки не можешь отсутствовать въ нашихъ молитвахъ....

VII, 19, vv. 1—6.

Fragmentum quod vile putas et inutile lignum
Haec fuit ignoti prima carina maris,
Quam nec Cyaneae quondam potuere ruinae
Frangere nec Scythici tristior ira freti.
Saecula vicerunt, sed quamvis cesserit annis,
Sanctior est salva parva tabella rate.

То, что ты считаешь презрѣннымъ обломкомъ и безполезной деревяшкой, было первымъ кораблемъ невѣдомаго *еще* моря, который не могли сокрушить нѣкогда ни Кіанейскія скалы, ни еще болѣе суровая ярость Скиѳскаго моря. Столѣтія побѣдили, но хотя маленькая дощечка уступила годамъ, она священнѣе цѣлаго корабля.

Lib. VII ep. 30 v. 6 de Caelia meretrice dicitur: Nec te Sarmatico transit Alanus equo....

Тебя не объѣзжаетъ и Аланъ на Сарматскомъ конѣ..

VII, 80, vv. 6—12..

...ferat carmina nostra puer:
Non qualis Geticae satiatus lacte iuvencae
Sarmatica gelido ludit in amne rota,
Sed Mitylenaei roseus mangonis ephebus,
Vel non caesus adhuc matre iubente Lacon.
At tibi captivo famulus mittetur ab Histro,
Qui Tiburtinas pascere possit oves.

...Пусть принесетъ наши стихотворенія рабъ, но не такой, какой на ледяной рѣкѣ играетъ Сарматскимъ колесомъ, насыщенный молокомъ Гетской коровы, а розовый эфебъ Митиленскаго работорговца или еще не остриженный по приказанію матери Лаконецъ. А тобою будетъ посланъ слуга отъ плѣннаго Истра, который могъ бы пасти Тибуртинскихъ овецъ.

VII, 84, vv. 1—4.

Dum mea Caecilio formatur imago Secundo
Spirat et arguta picta tabella manu,
I, liber, ad Geticam Peucen Histrumque iacentem:
Haec loca perdomitis gentibus ille tenet.

Пока не будетъ готово мое изображеніе для Цецилія Секунда и не будетъ *какъ-бы* дышать дощечка, разрисованная искусною рукою,— иди, книжка, къ Гетской Певкѣ и покоренному Истру: эти мѣстности занимаетъ онъ послѣ усмиренія *тамошнихъ* племенъ...

VIII, 11, vv. 1—4.

Pervenisse tuam iam te scit Rhenus in urbem:
Nam populi voces audit et ille tui.
Sarmaticas etiam gentes Histrumque Getasque
Laetitiae clamor terruit ipse novae...

Уже Рейнъ знаетъ, что ты [т. е императоръ] прибылъ въ твой городъ: ибо и онъ слышитъ голоса твоего народа. Самый крикъ новаго 'веселья испугалъ даже Сарматскія племена, Истръ и Гетовъ...

IX, 45, vv. 1—4.

Miles Hyperboreos modo, Marcelline, triones
Et Getici tuleras sidera pigra poli:
Ecce Promethei rupes et fabula montis
Quam prope sunt oculis nunc adeunda tuis!

Ты, Марцеллинъ, *служа* солдатомъ, только что перенесъ Иперборейскій сѣверъ и *видѣлъ* лѣнивыя звѣзды Гетскаго неба, и вотъ — какъ близко придется тебѣ увидѣть Промиѳеевы скалы и горное сказаніе...

IX, 101.

3. Si cupis Alcidae cognoscere facta prioris,
Disce: Libyn domuit, aurea poma tulit,
Pellatam Scythica discinxit Amazona nodo,
. . . .
11. Haec minor Alcides: maior quae gesserit, audi
. . . .
17. Cornua Sarmatici ter perfida contudit Histri,
Sudantem Getica ter nive lavit equum.
. . . .
20. Victor Hyperboreo nomen ab orbe tulit.

Если ты желаешь познать дѣянія перваго Алкида, знай: *онъ* покорилъ Ливійца, принесъ золотыя яблоки, развязалъ щитоносную Амазонку съ скиѳскимъ узломъ.... Вотъ что *сдѣлалъ* меньшій Алкидъ. *Теперь* выслушай, что совершилъ бо́льшій: *онъ*.... трижды сбилъ вѣроломные рога Сарматскаго Истра и трижды вымылъ Гетскимъ снѣгомъ вспотѣвшаго коня..., *какъ* побѣдитель, *онъ* получилъ имя отъ Иперборейскаго міра...

X, 20, vv. 7—8.

Tecum ego vel sicci Gaetula mapalia Poeni
Et poteram Scythicas hospes amare casas.

Вмѣстѣ съ тобою я могъ бы полюбить даже Гетульскіе шалаши изсушеннаго *солнцемъ* Пунійца и быть гостемъ въ Скиѳскихъ хижинахъ.

XI, 3, vv. 1—4.

Non urbana mea tantum Pimpleïde gaudent
Otia, nec vacuis auribus ista damus,
Sed meus in Geticis ad Martia signa pruinis
A rigido teritur centurione liber...

Не только городскіе досуги наслаждаются моей Пимплеидой, и мы даемъ эти *стихи* не только свободнымъ ушамъ, но моя книга мнется даже суровымъ центуріономъ у военныхъ знаменъ среди Гетскихъ инеевъ...

XI, 84 v. 9 de Antiocho tonsore dicit poeta:

Hic miserum Scythica sub rupe Prometheα radat

...Пусть онъ бреетъ несчастнаго Прометея подъ Скиѳской скалой...

XII, 8, vv. 1—10.

Terrarum dea gentiumque Roma,
Cui par est nihil et nihil secundum,
Traiani modo laeta cum futuros
Tot per saecula computaret annos,
Et fortem iuvenemque Martiumque
In tanto duce militem videret,
Dixit praeside gloriosa tali:
«Parthorum proceres ducesque Serum,
Thraces, Sauromatae, Getae, Britanni,
Possum ostendere Caesarem; venite».

Богъ земель и народовъ Римъ, которому нѣтъ ничего равнаго и ничего втораго, недавно весело считая годы Траяна, имѣющіе продолжаться столько вѣковъ, и видя въ такомъ вождѣ воина храбраго, юнаго и достойнаго Марса, гордый такимъ повелителемъ, сказалъ: «Старѣйшины Парѳянъ и вожди Серовъ, Ѳракійцы, Савроматы, Геты и Британны, я могу вамъ показать Кесаря: приходите!».

XII, 53, vv. 1—5.

Nummi cum tibi sint opesque tantae,
Quantas civis habet, Paterne, rarus,
Largiris nihil incubasque gazae,
Ut magnus draco, quem canunt poetae
Custodem Scythici fuisse luci...

Имѣя столько денегъ и богатствъ, сколько имѣетъ рѣдкій гражданинъ, ты, Патернъ, ничего не даришь и лежишь надъ сокровищами, какъ огромный драконъ, который, по сказаніямъ поэтовъ, былъ стражемъ Скиѳской рощи...

XIII, 72. Phasiani.

Argia primum sum transportata carina:
Ante mihi notum nil nisi Phasis erat.

Я впервые перевезенъ на кораблѣ Арго: раньше мнѣ ничего не было извѣстно, кромѣ Фасида.

XIV, 109. Calices gemmati.

Gemmatum Scythicis ut luceat ignibus aurum,
Aspice. Quot digitos exuit iste calix! [1]).

Смотри, какъ украшенное камнями золото блеститъ скиѳскими огнями! Сколько пальцевъ ограбила эта чаша.

Praeterea phasiani commemorantur III, 58, v. 16 («impiorum phasiana Colchorum»), III, 77, v. 4 («Nec Libye mittit, nec tibi Phasis aves»), XIII, c. 45 («Si Libycae nobis volucres et Phasides essent»).—Lib. III, 28, v. 4 commemorantur «Scythae zmaragdi».—Lib. VII, 2, v. 1 laudatur «invia Sarmaticis domini lorica sagittis».—Lib. IX, 35, v. 4 de Philomuso quodam dicitur «Rhenanam numeras Sarmaticamque manum».

---

1) Cf. XII, 15, v. 3: Miratur Scythicas virentis auri | flammas Iuppiter etc.

S. IVLIVS FRONTINVS.

С. ЮЛІЙ ФРОНТИНЪ.

[Жилъ во 2-й пол. I в. по Р. Хр. и былъ виднымъ военнымъ и административнымъ дѣятелемъ своего времени; между прочимъ въ 70 г. былъ преторомъ (Tac. hist. IV, 39), затѣмъ нѣсколько разъ консуломъ и въ 97 г.—curator aquarum; умеръ около 103 г. Написалъ нѣсколько сочиненій техническаго характера, изъ коихъ до насъ дошли Strategemata въ 4 книгахъ (книга 4-я считается, впрочемъ, подложною) и De aquis urbis Romae. — Текстъ: Sex. Julii Frontini Strategematicon libri quattuor. Eiusdem De aquae ductibus urbis Romae liber. Rec. Andreas Dederich. Lips. ap. Teubn. 1855].

STRATEGEMATICON LIBRI QVATTVOR.

ВОЕННЫХЪ ХИТРОСТЕЙ ЧЕТЫРЕ КНИГИ.

Lib. I c. V. De evadendo ex locis difficillimis.

25. Dareus, ut falleret Scythas discessu, canes atque asinos in castris reliquit: quos cum latrantes rudentesque hostis audiret, remanere Dareum credidit.

Кн. I гл. V. О выходѣ изъ самыхъ затруднительныхъ положеній.

Дарій, чтобы обмануть Скиѳовъ при уходѣ, оставилъ въ лагерѣ собакъ и ословъ: непріятель, слыша ихъ лай и ревъ, повѣрилъ, что Дарій остается на мѣстѣ.

Lib. II cap. III. De acie ordinanda.

14. Cn. Pompeius in Albania, quia hostes innumero equitatu praevalebant, pedites suos iuxta collem in angustiis protegere galeas, ne fulgore earum conspicui fierent, iussit, equites deinde in aequum procedere ac velut praetendere peditibus: praecepitque eis, ut ad primum impetum hostium refugerent et, simul ad pedites ventum esset, in latera discederent. Quod ubi explicitum est, patefacto loco subita peditum consurrexit acies invectosque temere hostes inopinato interfusa proelio cecidit.

Кн. II гл. III. О боевомъ построеніи.

Гн. Помпей въ Албаніи, въ виду того, что непріятели превосходили безчисленной конницей, отдалъ своей пѣхотѣ приказъ въ ущельѣ подлѣ холма прикрыть шлемы, чтобы не привлекать на себя вниманія ихъ блескомъ, а затѣмъ всадникамъ — выступить на ровное мѣсто и какъ бы прикрыть собою пѣхоту; *при этомъ* онъ далъ имъ наказъ при первой аттакѣ непріятелей обратиться въ бѣгство и, какъ только дойдутъ до пѣхоты, раздаться въ стороны. Когда это совершилось, на очищенномъ мѣстѣ внезапно поднялся строй пѣхоты и, неожиданно бросившись на опрометчиво наскакавшихъ непріятелей, изрубилъ ихъ въ сраженіи.

Lib. II cap. IV. De acie hostium turbanda.

20. Atheas rex Scytharum, cum ampliorem Triballorum exercitum confligeret, iussit a feminis et pueris omnique imbelli turba greges asinorum ac boum ad postremum hostium aciem admoveri et erectas hastas praeferri: famam deinde diffudit, tamquam auxilia sibi ab ulterioribus Scythis adventarent; qua adseveratione avertit hostem.

Кн. II гл. IV. О разстройствѣ непріятельскаго боеваго порядка.

Скиѳскій царь Аѳей, когда ему пришлось сразиться съ превосходными силами Трибалловъ, приказалъ женщинамъ, дѣтямъ и всей нестроевой толпѣ подогнать къ тылу непріятелей стадаословъ и быковъ и *при этомъ* нести впереди поднятыя копья; затѣмъ онъ распустилъ слухъ, что будто бы къ нему идутъ подкрѣпленія отъ болѣе отдаленныхъ Скиѳовъ; этимъ увѣреніемъ онъ побудилъ непріятелей отступить.

Lib. II cap. V. De insidiis.

5. Tomyris, Scytharum regina, Cyrum Persarum regem aequo Marte certantem, simulato metu, elicuit ad notas militi suo angustias atque ibi, repente converso agmine, natura loci adiuta devicit.

Кн. II гл. V. О засадахъ.

Скиѳская царица Томирія притворнымъ страхомъ заманила персидскаго царя Кира, сражавшагося съ равнымъ успѣхомъ, въ извѣстныя ея войску тѣснины и тамъ, внезапно повернувъ фронтъ, разбила его на голову, пользуясь выгодами своей позиціи.

---

30. Mithridates a Lucullo virtute frequenter superatus insidiis eum adpetit, Olcabante quodam eminente viribus subornato, ut transfugeret et fide parta hostis facinus perpetraret. Quod is strenue quidem sed sine eventu conatus est...

Миѳридатъ, неоднократно побѣжденный доблестью Лукулла, устроилъ *противъ него* коварный замыселъ: онъ подговорилъ нѣкоего Олкабанта, отличавшагося *огромною* силою, перебѣжать *къ Лукуллу* и, пріобрѣтя его довѣріе, совершить злодѣяніе. Олкабантъ, *дѣйствительно*, совершилъ смѣлую, но безуспѣшную попытку...

Lib. II cap. VIII De restituenda per constantiam acie.

14. Philippus veritus, ne impetum Scytharum sui non sustinerent, fidelissimos equitum a tergo posuit praecepitque, ne quem commilitonum ex acie fugere paterentur; perseverantius abeuntes trucidarent. Qua denuntiatione cum effecisset, ut etiam timidissimi mallent ab hostibus quam a suis interfici, victoriam adquisivit.

Кн. II, гл. VIII. О возстановленіи боеваго порядка твердостью.

Филиппъ, опасаясь, что его *войска* не выдержатъ натиска Скиѳовъ, поставилъ въ тылу наиболѣе вѣрныхъ *ему* всадниковъ и отдалъ *имъ* приказъ, чтобы они не позволяли никому изъ соратниковъ бѣжать изъ строя, а упорствовавшихъ въ бѣгствѣ убивали. Побудивъ этимъ объявленіемъ даже самыхъ трусливыхъ предпочитать смерть отъ *руки* непріятелей, чѣмъ отъ своихъ, *онъ* стяжалъ *себѣ* побѣду.

BRVTTIVS. — БРУТТІЙ.

[Мало извѣстный историкъ, жившій при Домиціанѣ или позднѣе. Собраніе отрывковъ: Historicorum Roman. fragmenta ed. H. Peter, p. 375—377].

Fr. 3 [*Hieron. ad a. Abr. 2112=95 p. Chr.*, p. *163 Schoene*]. Scribit Bruttius plurimos Christianorum sub Domiciano fecisse martyrium, inter quos et Flaviam Domitillam Flavii Clementis consulis ex sorore neptem in insulam Pontianam relegatam, quia se Christianam esse testata sit.

Бруттій пишетъ, что при Домиціанѣ было замучено множество христіанъ, въ числѣ которыхъ и Флавія Домитилла, племянница по сестрѣ консула Флавія Климента, была сослана на Понтійскій островъ за то, что объявила себя христіанкою.

Cf. *vers. Arm.* p. 160 Sch., *epit. Syria* p. 214, *Sync.* I p. 650 *D* (Πολλοὶ δὲ Χριστιανῶν ἐμαρτύρησαν κατὰ Δομετιανόν, ὡς ὁ Βρέττιος ἱστορεῖ, ἐν οἷς καὶ Φλαυία Δομετίλλα, ἐξαδέλφη Κλήμεντος Φλαυίου ὑπατικοῦ, ὡς Χριστιανὴ εἰς νῆσον Ποντίαν φυγαδεύεται. αὐτὸς δὲ Κλήμης ὑπὲρ Χριστοῦ ἀναιρεῖται), *Malal.* X p. 262 *D* (Πολλοὺς δὲ ἄλλους Χριστιανοὺς ἐτιμωρήσατο, ὥστε φυγεῖν ἐξ αὐτῶν πλῆθος ἐπὶ τὸν Πόντον, καθὼς Βρώττιος ὁ σοφὸς χρονογράφος συνεγράψατο κατ᾽ αὐτῶν), *Chron. Pasch.* p. 468 *D* (Ἱστορεῖ ὁ Βρούττιος πολλοὺς Χριστιανοὺς κατὰ τὸ ιδ´ ἔτος Δομετιανοῦ μεμαρτυρηκέναι), *Euseb. hist. eccles.* III, 18.

CORNELIVS TACITVS. — КОРНЕЛІЙ ТАЦИТЪ.

[Знаменитѣйшій изъ римскихъ историковъ, род. около 55 г. по Р. Хр., умеръ не ранѣе 117 г. Отъ него сохранились слѣдующіе труды: 1) Dialogus de oratoribus (около 75 г.), 2) De vita et moribus Iulii Agricolae — біографія Тацитова тестя Гн. Юлія Агриколы, напис. въ 98 г., 3) De situ ac populis Germaniae, напис. въ томъ же году, 4) Historiae, обнимавшія время отъ 69 г. до смерти Домиціана (96 г.), вѣроятно въ 14 книгахъ, изъ коихъ до насъ дошли 4 первыя и часть 5-й, заключающія въ себѣ событія 69—70 гг.; это сочиненіе было издано между 104 и 109 г.; 5) Annales или Ab excessu divi Augusti въ 16 книгахъ, въ которыхъ излагалась исторія Рима отъ смерти Августа (14 г.) до 1 января 69; изъ этого сочиненія, написаннаго около 117 г., дошли до насъ книги 1—4, начало 5-й, 6-я съ пробѣлами и 11—16 съ пробѣлами въ началѣ и концѣ (годы 14—29, 31—37 и 47—66. — Текстъ: Cornelius Tacitus a Carolo Nipperdeio recognitus. Berol. ap. Weidm. 1871—76].

ANNALES. — ЛѢТОПИСЬ.

II, 60... [Germanicus] mox visit veterum Thebarum magna vestigia [1]). Et manebant structis molibus litterae Aegyptiae, priorem opulentiam complexae: iussusque e senioribus sacerdotum patrium sermonem interpretari referebat habitasse quondam septingenta milia aetate militari, atque eo cum exercitu regem Rhamsen Libya Aethiopia Medisque et Persis et Bactriano ac Scytha potitum, quasque terras Suri Armeniique et contigui Cappadoces colunt,

...Затѣмъ [Германикъ] осмотрѣлъ большія развалины древнихъ Ѳивъ. На огромныхъ сооруженіяхъ еще сохранялись египетскія письмена, свидѣтельствовавшія о прежнемъ могуществѣ. *Одинъ* изъ старѣйшихъ жрецовъ, получивъ приказаніе истолковать отечественную рѣчь, доложилъ, что здѣсь нѣкогда жило 700000 человѣкъ военнаго возраста и что съ этимъ войскомъ царь Рамзесъ покорилъ Ливію, Эѳіопію, Мидянъ, Персовъ, Бактріанъ и Скиѳовъ

---

1) M. Silano L. Norbano coss., a. 19 p. Chr.

inde Bithynum, hinc Lycium ad mare imperio tenuisse. Legebantur et indicta gentibus tributa, pondus argenti et auri, numerus armorum equorumque et dona templis ebur atque odores, quasque copias frumenti et omnium utensilium quaeque natio penderet, haud minus magnifica, quam nunc vi Parthorum aut potentia Romana iubentur.

и имѣлъ подъ своей властью всѣ земли, которыя занимаютъ Сирійцы, Армянцы и сосѣдніе *съ ними* Каппадокійцы, съ одной стороны до Виѳинскаго моря, съ другой—до Ликійскаго. *Тамъ* читались и назначенныя *этимъ* народамъ дани, количество серебра и золота, исчисленіе оружія и коней, дары въ храмы, *состоявшіе* изъ слоновой кости и благовоній, и какое количество хлѣба и всякихъ предметовъ потребленія долженъ былъ поставлять каждый народъ; *всѣ эти дани были* не меньше тѣхъ, къ какимъ *эти народы* вынуждаются нынѣ насиліемъ Парѳянъ или римскимъ могуществомъ.

II, 65 ..Thraeciaque omni potitus [Rhescuporis] [1]) scripsit ad Tiberium structas sibi insidias, praeventum insidiatorem; simul bellum adversus Bastarnas Scythasque praetendens novis peditum et equitum copiis sese firmabat...

...Овладѣвъ всей Ѳракіей, [Рискупоридъ] написалъ Тиберію, что противъ него строились козни и что *имъ* предупрежденъ козноде́й. Вмѣстѣ съ тѣмъ, подъ предлогомъ войны съ Бастарнами и Скиѳами, онъ усиливалъ себя новыми пѣшими и конными войсками...

II, 68. Per idem tempus Vonones [2]), quem amotum in Ciliciam memoravi, corruptis custodibus effugere ad Armenios, dein Albanos Heniochosque et consanguineum sibi regem Scytharum conatus est...

Въ это же время Вононъ, который, какъ я упоминалъ, былъ удаленъ въ Киликію, подкупилъ стражу и сдѣлалъ попытку бѣжать въ Арменію, а затѣмъ къ Албанцамъ, Иніохамъ и къ родственному себѣ царю Скиѳовъ...

IV, 5. ...Cetera Africae per duas legiones, parique numero Aegyptus, dehinc initio ab Suriae usque ad flumen Euphraten, quantum ingenti terrarum sinu ambitur, quattuor legionibus coercita, accolis Hibero Albanoque et aliis regibus, qui magnitudine nostra proteguntur adversum externa imperia. Et Thraeciam Rhoemetalces ac liberi Cotyis, ripamque Danuvii legionum duae in Pannonia, duae in Moesia attinebant... [3]).

...Остальная Африка удерживалась *въ повиновеніи* двумя легіонами, такимъ же числомъ Египетъ и затѣмъ четырьмя легіонами все огромное пространство земель, простирающееся отъ начала Сиріи до рѣки Евфрата, по сосѣдству съ Иверскимъ, Албанскимъ и другими царями, которые защищаются нашимъ величіемъ отъ чужого владычества. Ѳракіею правили Римиталкъ и сыновья Котиса, а берегъ Дуная занимали два легіона въ Паннонiи и два въ Мезіи...

---

1) Rhescuporis Thraciae rex, per dolum oppresso Cotye fratris filio, a. 19 p. Chr. 2) Rex Parthorum. V. *Ann.* II, 1—4. 56. 58. Fugere conatus Vonones a Remmio occisus est (v. cap. 68 extr.). 3) A. 23 p. Chr.

44. Obiere eo anno [1]) viri nobiles Cn. Lentulus et L. Domitius. Lentulo super consulatum et triumphalia de Getis gloriae fuerat bene tolerata paupertas, dein magnae opes innocenter partae et modeste habitae...

Въ этомъ году скончались знатные мужи Гн. Лентулъ и Л. Домицій. Лентулу сверхъ консульства и тріумфа *за побѣду* надъ Гетами доставили славу разумное перенесеніе бѣдности, а затѣмъ безпорочное пріобрѣтеніе большихъ богатствъ и скромное пользованіе ими...

VI, 31. C. Cestio M. Servilio consulibus [2]) nobiles Parthi in urbem venere, ignaro rege Artabano [3]). Is metu Germanici [4]) fidus Romanis, aequabilis in suos, mox superbiam in nos, saevitiam in populares sumpsit, fretus bellis, quae secunda adversum circumiectas nationes exercuerat, et senectutem Tiberii ut inermem despiciens avidusque Armeniae, cui defuncto rege Artaxia [5]) Arsacen, liberorum suorum veterrimum, inposuit, addita contumelia et missis, qui gazam a Vonone relictam in Syria Ciliciaque reposcerent; simul veteres Persarum ac Macedonum terminos seque invasurum possessa Cyro et post Alexandro per vaniloquentiam ac minas iaciebat. Sed Parthis mittendi secretos nuntios validissimus auctor fuit Sinnaces, insigni familia ac perinde opibus, et proximus huic Abdus, ademptae virilitatis. Non despectum id apud barbaros ultroque potentiam habet. Ii adscitis et aliis primoribus, quia neminem gentis Arsacidarum summae rei inponere poterant, interfectis ab Artabano plerisque aut nondum adultis, Phraten, regis Phraatis filium, Roma poscebant: nomine tantum et auctore opus, ut genus Arsacis, ut sponte Caesaris ripam apud Euphratis cerneretur.

VI, 31. Въ консульство Г. Цестія и М. Сервилія прибыли въ Римъ знатные Пареяне безъ вѣдома царя Артабана. Послѣдній изъ страха передъ Германикомъ былъ вѣренъ Римлянамъ и справедливъ къ подданнымъ, но затѣмъ сталъ обнаруживать гордость *по отношенію* къ намъ и жестокость къ своему народу. Ему внушили самоувѣренность удачныя войны, веденныя имъ съ окрестными народами, а кромѣ того онъ презиралъ старческій возрастъ Тиберія, какъ неспособный къ воинской энергіи, и стремился завладѣть Арменіей, во главѣ которой по смерти царя Артаксіи поставилъ старшаго изъ своихъ сыновей, Арсака. Онъ *даже открыто* оскорбилъ *Тиберія*, пославъ *людей* съ требованіемъ возвратить казну, оставленную Венономъ въ Сиріи и Киликіи, и вмѣстѣ *возстановить* старинныя границы Персовъ и Македонянъ, при чемъ нахально угрожалъ вторгнуться въ *области*, которыми раньше владѣлъ Киръ, а потомъ Александръ. Но у Пареянъ самымъ главнымъ виновникомъ отправленія секретнаго посольства былъ Синнакъ, *человѣкъ* знатнаго рода и весьма богатый, а ближайшимъ за нимъ — Абдъ, лишенный мужества [т. е. евнухъ]. Это у варваровъ не презирается и даже служитъ причиною могущества. Они привлекли *къ своему плану* и другихъ вельможъ и, не имѣя возможности поставить во главѣ царства никого изъ рода Арсакидовъ, такъ какъ большинство было перебито Артабаномъ или еще не достигло совершеннолѣтія, просили изъ Рима Фраата, сына царя Фраата, *говоря*, что имъ нужны только имя и побудитель, т. е. чтобы родъ Арсака видѣли на берегу Евфрата по волѣ Кесаря.

1) A. 25 p. Chr. 2) A. 35 p. Chr. 3) De Artabano v. *Ann.* II, 3. 4) V. ibid. II, 58. 5) V. ibid. II, 56.

32. Cupitum id Tiberio. Ornat Phraaten accingitque paternum ad fastigium, destinata retinens, consiliis et astu res externas moliri, arma procul habere. Interea cognitis insidiis Artabanus tardari metu, modo cupidine vindictae inardescere; et barbaris cunctatio servilis, statim exsequi regium videtur. Valuit tamen utilitas, ut Abdum specie amicitiae vocatum ad epulas lento veneno inligaret, Sinnacen dissimulatione ac donis, simul per negotia moraretur. Et Phraates aput Syriam, dum omisso cultu Romano, cui per tot annos insueverat, instituta Parthorum sumit, patriis moribus impar morbo absumptus est. Sed non Tiberius omisit incepta. Tiridatem, sanguinis eiusdem, aemulum Artabano recuperandaeque Armeniae Hiberum Mithridaten deligit conciliatque fratri Pharasmani qui gentile imperium obtinebat; et cunctis, quae apud Orientem parabantur, L. Vitellium praefecit.... [1]).

32. Это соотвѣтствовало и желаніямъ Тиберія. Онъ снаряжаетъ Фраата и препоясываетъ его на отеческій престолъ, будучи вѣренъ своей системѣ устраивать внѣшнія дѣла совѣтами и хитростью и воздерживаться отъ оружія. Между тѣмъ Артабанъ, узнавъ о козняхъ, *то* задерживается страхомъ, то воспламеняется жаждою мести. У варваровъ медлительность считается рабскимъ *свойствомъ*, а немедленное приведеніе *плановъ* въ дѣйствіе—царскимъ. Однако одержалъ верхъ полезный планъ, состоявшій въ томъ, чтобы пригласить Абда на пиръ подъ видомъ дружбы и связать медленнымъ ядомъ, а Синнака задержать притворствомъ, дарами и вмѣстѣ *съ тѣмъ* занятіями. *Тѣмъ временемъ* въ Сиріи Фраатъ, оставившій римскій образъ жизни, къ которому привыкъ въ теченіе столькихъ лѣтъ, и принявшій пароянскіе уставы, оказался не въ силахъ выдержать отечественные обычаи и умеръ отъ болѣзни. Но Тиберій не оставилъ своихъ начинаній: онъ выбираетъ въ соперники Артабану Тиридата, *происходившаго отъ* той же крови, а для занятія Арменіи *избираетъ* Миоридата Иверскаго и примиряетъ его съ братомъ Фарасматомъ, занимавшимъ отеческій престолъ; во главѣ всѣхъ предпріятій на Востокѣ онъ поставилъ Л. Вителлія...

33. At ex regulis prior Mithridates Pharasmanem perpulit dolo et vi conatus suos iuvare, repertique corruptores ministros Arsacis multo auro ad scelus cogunt; simul Hiberi magnis copiis Armeniam inrumpunt et urbe Artaxata potiuntur. Quae postquam Artabano cognita, filium Orodem ultorem parat; dat Parthorum copias, mittit, qui auxilia mercede facerent. contra Pharasmanes adiungere Albanos, accire Sarmatas, quorum sceptuchi utrimque donis acceptis more gentico diversa induere. Sed Hiberi locorum potentes Caspia via Sarmatam in Armenios raptim effundunt: at qui Parthis adventabant facile arcebantur, cum alios incessus hostis clausisset, unum reliquum, mare inter et extremos Albanorum montes, aestas impediret, quia flatibus etesiarum implentur vada;

33. Между тѣмъ Миоридатъ первый изъ царьковъ побудилъ Фарасмана помочь его начинаніямъ коварствомъ и оружіемъ; найденные подкупатели большою *суммою* золота побуждаютъ служителей Арсака къ злодѣянію. Вмѣстѣ *съ тѣмъ* Иверы большими полчищами врываются въ Арменію и овладѣваютъ городомъ Артаксатой. Артабанъ, узнавъ объ этомъ, снаряжаетъ для отмщенія *своего* сына Орода, даетъ *ему* пароянскія войска и посылаетъ *людей* для вербовки наемниковъ. Съ другой стороны Фарасманъ присоединяетъ Албанцевъ и призываетъ Сарматовъ, князьки которыхъ, получивъ дары съ обѣихъ сторонъ, по обычаю своего племени помогали и тѣмъ и другимъ. Но Иверы, владѣя мѣстностью, быстро впускаютъ Сарматовъ Каспійской дорогой противъ Арменцевъ, а тѣ, которые

1) Sequitur Vitellii morum descriptio.

hibernus auster revolvit fluctus, pulsoque introrsus freto brevia litorum nudantur.

шли на помощь Пареяпамъ, были останавливаемы безъ труда, такъ какъ непріятель заперъ другіе проходы, а единственный остававшійся между моремъ и концомъ Албанскихъ горъ былъ непроходимъ въ лѣтнее время, потому что при дуновеніи пассатовъ наполняются *водою* разливы; а зимній австръ катитъ волны назадъ и, когда море уйдетъ внутрь, береговыя отмели обнажаются.

34. Interim Oroden sociorum inopem auctus auxilio Pharasmanes vocare ad pugnam et detrectantem incessere; adequitare castris, infensare pabula; ac saepe in modum obsidii stationibus cingebat, donec Parthi contumeliarum insolentes circumsisterent regem, poscerent proelium. Atque illis sola in equite vis: Pharasmanes et pedite valebat. Nam Hiberi Albanique saltuosos locos incolentes duritiae patientiaeque magis insuevere; feruntque se Thessalis ortos, qua tempestate Iaso post avectam Medeam genitosque ex ea liberos inanem mox regiam Aeetae vacuosque Colchos repetivit; multaque de nomine eius et oraculum Phrixi celebrant, nec quisquam ariete sacrificaverit, credito vexisse Phrixum, sive id animal seu navis insigne fuit. Ceterum derecta utrimque acie Parthus imperium Orientis, claritudinem Arsacidarum contraque ignobilem Hiberum mercennario milite disserebat: Pharasmanes integros semet a Parthico dominatu, quanto maiora peterent, plus decoris victores, aut si terga darent, flagitii atque periculi laturos: simul horridam suorum aciem, picta auro Medorum agmina; hinc viros, inde praedam ostendere.

34. Между тѣмъ Фарасманъ, усиленный вспомогательнымъ войскомъ, сталъ вызывать на битву Орода, не имѣвшаго союзниковъ, и видя его уклоненіе, наступалъ на него, подъѣзжалъ къ лагерю, мѣшалъ фуражировкѣ и даже нерѣдко опоясывалъ *его лагерь* постами на маперъ осады. Наконецъ Пареяне, не выносившіе оскорбленій, окружили царя и стали требовать битвы. Единственная сила ихъ *заключалась* въ конницѣ, Фарасманъ былъ силенъ и пѣхотой; ибо Иверы и Албанцы, жившіе въ гористыхъ мѣстностяхъ, больше привыкли къ суровости *жизненныхъ условій* и выносливости. Они говорятъ, что произошли отъ Ѳессалійцевъ въ ту пору, когда Іасонъ, увезя Медею и проживъ съ нею дѣтей, возвратился затѣмъ въ опустѣвшій дворецъ Эита къ оставшимся безъ царя Колхамъ. И въ самомъ дѣлѣ *тамъ* многое свидѣтельствуетъ объ его имени и оракулѣ Фрикса; никто не приноситъ *тамъ* въ жертву барана вслѣдствіе вѣрованія, что онъ привезъ Фрикса, было ли это животное, или гербъ корабля. Когда войска съ обѣихъ сторонъ были поставлены въ боевой порядокъ, пароянскій вождь говорилъ *своимъ* о владычествѣ надъ Востокомъ, объ извѣстности Арсакидовъ, противополагая безславныхъ Иверовъ съ наемными войсками; Фарасманъ *указывалъ своимъ на то*, что они *доселѣ были* свободны отъ господства Пареянъ и что чѣмъ больше будутъ ихъ стремленія, тѣмъ больше славы получатъ они въ случаѣ побѣды, или безчестія и опасности, если повернутъ тылъ; вмѣстѣ съ тѣмъ онъ указывалъ на грозный строй своихъ и на расшитыя золотомъ полчища Мидянъ, *говоря, что* здѣсь мужи, а тамъ добыча.

35. Enimvero apud Sarmatas non una vox ducis: se quisque stimulant, ne pugnam per sagittas sinerent; impetu et comminus praeveniendum. Variae hinc bellantium spe-

35. Впрочемъ, у Сарматовъ *имѣетъ значеніе* не одинъ голосъ вождя: они всѣ подстрекаютъ другъ друга не допускать въ битвѣ *метанія* стрѣлъ, а предупредить

cies, cum Parthus sequi vel fugere pari arte suetus distraheret turmas, spatium ictibus quaereret, Sarmatae omisso arcu, quo brevius valent, contis gladiisque ruerent; modo equestris proelii more frontis et tergi vices, aliquando, ut conserta acie, corporibus et pulsu armorum pellerent pellerentur. Iamque et Albani Hiberique prensare detrudere, ancipitem pugnam hostibus facere, quos super eques et propioribus vulneribus pedites adflictabant. Inter quae Pharasmanes Orodesque, dum strenuis adsunt aut dubitantibus subveniunt, conspicui eoque gnari, clamore telis equis concurrunt, instantius Pharasmanes: nam vulnus per galeam adegit; nec iterare valuit, praelatus equo et fortissimis satellitum protegentibus saucium. Fama tamen occisi falso credita exterruit Parthos, victoriamque concessere.

врага смѣлымъ натискомъ и *вступить* въ рукопашную. Сраженіе представляло разнообразныя картины: Парѳяне, привыкшіе одинаково искусно преслѣдовать *непріятеля* или бѣжать *отъ него*, разсыпáли свои эскадроны и искали простора для своихъ ударовъ, а Сарматы, оставивъ луки, которыми они не могли дѣйствовать такъ далеко, *какъ Парѳяне*, бросались на нихъ съ пиками и мечами; то наступаютъ и отступаютъ поперемѣнно, какъ это бываетъ въ конномъ сраженіи, то сомкнутые ряды *пѣхоты* гонятъ другъ друга натискомъ тѣлъ и ударами оружія. Уже Албанцы и Иверы начали хватать и сбивать *съ коней* и дѣлали исходъ битвы сомнительнымъ для непріятелей, которыхъ сверху *поражали* всадники, а вблизи покрывали ранами пѣхотинцы. Среди этого Фарасманъ и Ородъ поощряли храбрыхъ и поддерживали колеблющихся; узнавъ другъ друга по одеждѣ, они съ крикомъ бросаютъ копья и мчатся другъ на друга; Фарасманъ, наскакивая съ бóльшею пылкостью, ранилъ *противника* сквозь шлемъ, но не могъ повторить *удара*, такъ какъ конь пронесъ его мимо и *въ то же время* храбрѣйшіе тѣлохранители прикрыли раненаго. Однако принятый на вѣру ложный слухъ о смерти *Орода* испугалъ Парѳянъ, и они уступили побѣду.

36. Mox Artabanus tota mole regni ultum iit. Peritia locorum ab Hiberis melius pugnatum; nec ideo abscedebat, ni contractis legionibus Vitellius et subdito rumore, tamquam Mesopotamiam invasurus, metum Romani belli fecisset. Tum omissa Armenia versaeque Artabani res, inliciente Vitellio, desererent regem saevum in pace et adversis proeliorum exitiosum...

36. Вскорѣ Артабанъ со всѣми силами *своего* царства выступилъ для отмщенія. Иверы, знакомые съ мѣстностью, вели войну лучше *Артабана*, но онъ всетаки не отступилъ бы, если бы Вителлій, стянувъ легіоны и пустивъ слухъ о своемъ намѣреніи вторгнуться въ Месопотамію, не внушилъ ему опасенія войны съ Римлянами. Тогда Арменія была оставлена Артабаномъ, и дѣла его измѣнились къ худшему, такъ какъ Вителлій склонялъ *Парѳянъ* покинуть царя, жестокаго въ мирное время и гибельнаго несчастьемъ въ бояхъ...

XI, 8. Sub idem tempus [1]) Mithridates, quem imperitasse Armeniis [2])... C. Caesa-

XI, 8. Около этого же времени Миѳридатъ, который, какъ я упоминалъ, правилъ

---

1) A. 47 p. Chr. 2) V. *Анн.* VI, 32 sq. (supra, p. 234).

ris vinctum [1]) memoravi, monente Claudio in regnum remeavit, fisus Pharasmanis opibus. Is rex Hiberis idemque Mithridatis frater [2]) nuntiabat discordare Parthos summaque imperii ambigua minora sine cura haberi. Nam Gotarzes [3]) inter pleraque saeva necem fratri Artabano coniugique ac filio eius paraverat; unde metus in ceteros, et accivere Vardanen. Ille, ut erat magnis ausis promptus, biduo tria milia stadiorum invadit ignarumque et exterritum Gotarzen proturbat; neque cunctatur, quin proximas praefecturas corripiat, solis Seleucensibus dominationem eius abnuentibus. In quos, ut patris sui quoque defectores, ira magis quam ex usu praesenti accensus, inplicatur obsidione urbis validae et munimentis obiecti amnis muroque et commeatibus firmatae. Interim Gotarzes Daharum Hyrcanorumque opibus auctus bellum renovat; coactusque Vardanes omittere Seleuciam Bactrianos apud campos castra contulit.

9. Tunc distractis Orientis viribus et, quonam inclinarent, incertis, casus Mithridati datus est occupandi Armeniam, vi militis Romani ad excindenda castellorum ardua, simul Hibero exercitu campos persultante. Nec enim restitere Armenii, fuso, qui proelium ausus erat, Demonacte praefecto. Paululum cunctationis attulit rex minoris Armeniae Cotys, versis illuc quibusdam procerum; dein litteris Caesaris coërcitus, et cuncta in Mithridaten fluxere, atrociorem, quam novo regno conduceret...

Арменіей и былъ заключенъ въ оковы [по повелѣнію] Гая Кесаря, возвратился по совѣту Клавдія въ свое царство, полагаясь на помощь Фарасмана. Этотъ царь Иверскій, братъ Миѳридата, увѣдомлялъ его, что у Парѳянъ происходятъ усобицы и при колебаніяхъ верховной власти менѣе важныя *дѣла* оставлены безъ вниманія. Дѣло въ томъ, что Готарзъ въ числѣ множества *другихъ* жестокостей устроилъ гибель брату своему Артабану съ его женою и сыномъ. Это навело страхъ на другихъ, и они призвали Вардана. Послѣдній, какъ человѣкъ скорый на важныя и смѣлыя предпріятія, въ два дня проходитъ 3000 стадій и прогоняетъ *ничего* не знавшаго и перепуганнаго Готарза, затѣмъ, не теряя времени, завладѣваетъ ближайшими провинціями, причемъ одни лишь Селевкійцы отказали ему въ повиновеніи. Такъ какъ они были измѣнниками и его отцу, то онъ воспылалъ на нихъ гнѣвомъ сильнѣе, чѣмъ *слѣдовало* при данныхъ обстоятельствахъ, и связалъ себя осадою города сильнаго, защищаемаго рѣкою и стѣною и снабженнаго запасами. Между тѣмъ Готарзъ, подкрѣпленный силами Даговъ и Ирканцевъ, возобновляетъ войну, и Варданъ, вынужденный снять *осаду* Селевкіи, перенесъ свой лагерь на равнины Бактріи.

9. Теперь, когда силы Востока были развлечены и неизвѣстно было, куда онѣ склонятся, Миѳридату представился случай занять Арменію, причемъ сила Римскаго войска была употреблена на уничтоженіе горныхъ укрѣпленій, а Иверское войско одновременно рыскало по равнинамъ. Впрочемъ Арменцы и не оказали сопротивленія послѣ пораженія воеводы Димонакта, который отважился на сраженіе. Небольшое промедленіе причинилъ царь Малой Арменіи Котисъ, къ которому обратились нѣкоторые изъ вельможъ; но потомъ онъ былъ удержанъ письмомъ Кесаря, и все подчинилось Миѳридату, хотя онъ оказался болѣе суровымъ, чѣмъ приличествовало новому правителю...

---

1) Mithridatem a Caio Caligula vinctum esse Tacitus narravit in ea *Annalium* parte, quam temporis iniuria periisse dolemus. Narrant hoc etiam Cass. Dio LX, 8 (v. vol. I p. 622) et Seneca *De tr. an.* XI, 12 (v. supra p. 133). 2) Cf. *Ann.* VI, 32 (supra, p. 234). 3) Artabani filius, Vardanis frater.

XII, 15. At Mithridates Bosporanus [1]) amissis opibus vagus, postquam Didium, ducem Romanum, roburque exercitus abisse cognoverat, relictos in novo regno Cotyn iuventa rudem et paucas cohortium cum Iulio Aquila, equite Romano, spretis utrisque concire nationes, illicere perfugas: postremo exercitu coacto regem Dandaridarum exturbat imperioque eius potitur. Quae ubi cognita et iam iamque Bosporum invasurus habebatur, diffisi propriis viribus Aquila et Cotys, quia Zorsines, Siracorum rex, hostilia resumpserat, externas et ipsi gratias quaesivere missis legatis ad Eunonen, qui Aorsorum genti praesidebat. Nec fuit in arduo societas potentiam Romanam adversus rebellem Mithridaten ostentantibus. Igitur pepigere, equestribus proeliis Eunones certaret, obsidia urbium Romani capesserent.

XII, 15. Когда Миѳридатъ Воспорскій [1]), послѣ потери своихъ владѣній блуждавшій по разнымъ мѣстамъ, узналъ, что римскій полководецъ Дидій съ главными своими силами удалился, а въ новомъ царствѣ остались молодой и неопытный Котисъ и немногія когорты надъ начальствомъ римскаго всадника Юлія Аквилы, то, презирая того и другого, сталъ подстрекать *окрестныя* племена и приманивать перебѣжчиковъ; наконецъ, собравъ войско, онъ изгоняетъ царя Дандаридовъ, и захватываетъ его царство. Когда это стало извѣстно, и нападеніе *Миѳридата* на Воспоръ ожидалось съ часу на часъ, то Аквила и Котисъ, не надѣясь на собственныя силы, потому что царь Сираковъ Зорсинъ возобновилъ враждебныя *къ нимъ отношенія*, также стали искать помощи извнѣ и *съ этой цѣлью* отправили пословъ къ Евнону, стоявшему во главѣ племени Аорсовъ. Не трудно было склонить его къ союзу, указывая на Римское могущество въ противоположность мятежнику Миѳридату. Итакъ было условлено, что Евнонъ будетъ дѣйствовать конницею, а Римляне возьмутъ на себя осаду городовъ.

16. Tunc composite agmine incedunt; cuius frontem et terga Aorsi, media cohortes et Bosporani tutabantur nostris in armis. Sic pulsus hostis, ventumque Sozam oppidum Dandaricae, quod desertum a Mithridate ob ambiguos popularium animos, obtineri relicto ibi praesidio visum. Exim in Siracos pergunt, et transgressi amnem Pandam circumveniunt urbem Uspen, editam loco et moenibus ac fossis munitam, nisi quod moenia non saxo, sed cratibus et vimentis ac media humo adversum inrumpentes invalida erant, eductaeque altius turres facibus atque hastis turbabant obsessos. Ac ni proelium nox diremisset, coepta patrataque expugnatio eundem intra diem foret.

16. Затѣмъ они выступаютъ правильнымъ строемъ, фронтъ и тылъ котораго занимали Аорсы, центръ—*римскія* когорты и Воспоранцы, вооруженные по нашему. Они прогнали непріятеля и вступили въ Дандаридскій городъ Сосу, покинутый Миѳридатомъ по причинѣ ненадежнаго настроенія его жителей; рѣшено было занять его и оставить гарнизонъ. Отсюда идутъ далѣе на Сираковъ и, перейдя рѣку Панду, окружаютъ городъ Успу, расположенный на возвышенности и укрѣпленный стѣнами и рвами; впрочемъ, стѣны его, построенныя не изъ камня, а изъ плетней и прутьевъ съ насыпанною между ними землею, представляли слабую защиту противъ нападеній. *Осаждающіе*, выведя выше *стѣнъ* башни, *бросаемыми съ нихъ* факелами и копьями приводили въ смятеніе осаждаемыхъ, и еслибы ночь не прекратила сраженія, то взятіе города было бы начато и покончено въ одинъ день.

---

1) De Mithridate v. Cass. Dio LX, 8. Tacitus de eo narrabat in parte *Annalium* deperdita. Ea, quae hic narrantur, gesta sunt a. 49 p. Chr.

17. Postero misere legatos, veniam liberis corporibus orantes: servitii decem milia offerebant. Quod aspernati sunt victores, quia trucidare deditos saevum, tantam multitudinem custodia cingere arduum: belli potius iure caderent. Datumque militibus, qui scalis evaserant, signum caedis. Excidio Uspensium metus ceteris iniectus, nihil tutum ratis, cum arma munimenta, impediti vel eminentes loci, amnesque et urbes iuxta perrumperentur. Igitur Zorsines, diu pensitato, Mithridatisne rebus extremis an patrio regno consuleret, postquam praevaluit gentilis utilitas, datis obsidibus apud effigiem Caesaris procubuit, magna gloria exercitus Romani, quem incruentum et victorem tridui itinere afuisse ab amne Tanai constitit. Sed in regressu dispar fortuna fuit, quia navium quasdam (quippe mari remeabant) in litora Taurorum delatas circumvenere barbari, praefecto cohortis et plerisque auxiliarium interfectis.

17. На слѣдующій *день осажденные* прислали посольство съ просьбою пощадить свободныхъ гражданъ, предлагая *за это* десять тысячъ рабовъ. Побѣдители отвергли это *предложеніе*, потому что избивать сдавшихся *считали* безчеловѣчнымъ, а конвоировать такую массу людей — труднымъ; поэтому *рѣшили*, чтобы они лучше пали по праву войны, и солдатамъ, взобравшимся уже по лѣстницамъ, былъ подапъ сигналъ къ рѣзнѣ. Избіеніемъ Успійцевъ былъ внушенъ страхъ остальнымъ, которые уже ни въ чемъ не видѣли безопасности, коль скоро сила оружія, укрѣпленія, загражденныя или возвышенныя мѣстности, рѣки и города не останавливаютъ побѣдителей. Зорсинъ долго думалъ о томъ, слѣдуетъ ли заботиться о Миѳридатѣ въ его крайнемъ положеніи, или о родномъ царствѣ; *наконецъ*, когда одержала верхъ польза его племени, онъ далъ заложниковъ и палъ ницъ предъ изображеніемъ Кесаря къ великой славѣ римскаго войска, которое, одержавъ безкровную побѣду, какъ стало извѣстно, находилось на разстояніи трехъ дней пути отъ рѣки Танаида. Но при возвращеніи счастіе *намъ* измѣнило: нѣкоторыя изъ судовъ (*войска* возвращались моремъ) были отнесены къ берегамъ Тавровъ и захвачены варварами, причемъ были убиты начальникъ когорты и большинство *людей* вспомогательнаго отряда.

18. Interea Mithridates, nullo in armis subsidio, consultat, cuius misericordiam experiretur. Frater Cotys, proditor olim, deinde hostis metuebatur: Romanorum nemo id auctoritatis aderat, ut promissa eius magni penderentur. Ad Eunonen convertit, propriis odiis non infensum et recens coniuncta nobiscum amicitia validum. Igitur cultu vultuque quam maxime ad praesentem fortunam comparato regiam ingreditur, genibusque eius provolutus, Mithridates, inquit, terra marique Romanis per tot annos quaesitus sponte adsum: utere, ut voles, prole magni Achaemenis, quod mihi solum hostes non abstulerunt.

18. Между тѣмъ Миѳридатъ, *не видя* никакой помощи въ оружіи, сталъ раздумывать о томъ, къ чьему милосердію прибѣгнуть. Брата Котиса, давно ему измѣнившаго и потомъ сдѣлавшагося врагомъ, онъ боялся; а среди Римлянъ никого не было съ такимъ значеніемъ, чтобы его обѣщанія могли имѣть большую цѣну. *Поэтому* онъ обратился къ Евнону, который не питалъ къ нему личной ненависти и былъ силенъ недавно заключенной съ нами дружбой. Итакъ, надѣвъ платье и *принявъ* видъ, наиболѣе подходившіе къ его положенію, онъ входитъ во дворецъ *Евнона* и, припавъ къ его колѣнамъ, говоритъ: «Миѳридатъ, котораго Римляне столько лѣтъ ищутъ на сушѣ и на морѣ, является къ тебѣ добровольно. Поступай, какъ тебѣ угодно, съ потомкомъ великаго Ахэмена; это — одно, чего не отняли у меня враги».

19. At Eunones claritudine viri, mutatione rerum et prece haud degeneri permotus, adlevat supplicem laudatque, quod gentem Aorsorum, quod suam dextram petendae veniae delegerit; simul legatos litterasque ad Caesarem in hunc modum mittit. Populi Romani imperatoribus, magnarum nationum regibus primam ex similitudine fortunae amicitiam, sibi et Claudio etiam communionem victoriae esse. Bellorum egregios fines, quotiens ignoscendo transigatur. Sic Zorsini victo nihil ereptum: pro Mithridate, quando gravius mereretur, non potentiam neque regnum precari, sed ne triumpharetur neve poenas capite expenderet.

19. Евнонъ, тронутый его знаменитостью, превратностью судьбы и полною достоинства просьбою, поднимаетъ его съ колѣнъ и хвалитъ за то, что *именно* народъ Аорсовъ и его, *Евнона*, руку избралъ онъ для испрошенія *себѣ* милости. Тутъ же отправляетъ онъ къ Кесарю пословъ съ письмомъ, въ которомъ писалъ, что прежде всего сходство положеній порождаетъ дружбу императоровъ Римскаго народа съ царями великихъ племенъ, а съ Клавдіемъ, кромѣ того, его соединяетъ общность побѣды. Лучшій конецъ войны бываетъ тотъ, когда она завершается прощеніемъ: такъ ничто не отнято у побѣжденнаго Зорсина; для Миѳридата, провинившагося сильнѣе, онъ не проситъ ни власти, ни царства, а *только* того, чтобы его не вели въ тріумфальномъ шествіи и не предали смертной казни.

20. At Claudius, quamquam nobilitatibus externis mitis, dubitavit tamen, accipere captivum pacto salutis an repetere armis rectius foret. Huc dolor iniuriarum et libido vindictae adigebat: sed disserebatur contra suscipi bellum avio itinere, inportuoso mari; ad hoc reges feroces, vagos populos, solum frugum egenum, taedium ex mora, pericula ex properantia, modicam victoribus laudem ac multum infamiae, si pellerentur. Quin arriperet oblata et servaret exulem; cui inopi quanto longiorem vitam, tanto plus supplicii fore. His permotus scripsit Eunoni meritum quidem novissima exempla Mithridaten, nec sibi vim ad exequendum deesse: verum ita maioribus placitum, quanta pervicacia in hostem, tanta beneficentia adversus supplices utendum: nam triumphos de populis regnisque integris acquiri.

[Извѣстный писатель, жившій во 2-й пол. I-го и 1-й пол. II-го в. по Р. Хр. Годы его рожденія и смерти неизвѣстны. Нѣкоторыя біографическія данныя за время 96—112 гг. можно извлечь изъ писемъ Светоніева современника и друга Плинія Младшаго. Позднѣе, при Адріанѣ онъ былъ нѣкоторое время секретаремъ императорской канцеляріи. Изъ многочисленныхъ его сочиненій до насъ дошли біографіи 12 императоровъ (отъ Цезаря до Домиціана) въ 8 книгахъ, написанныя около 120 г., нѣсколько біографій римскихъ грамматиковъ и риторовъ, жизнеописанія Теренція и Горація и нѣк. др. Перечень не сохранившихся сочиненій см. у Schanz, Gesch. d. röm. Litter. III, стр. 48 сл. — Текстъ: C. Suetoni Tranquilli quae supersunt omnia. Rec. C. L. Roth. Lips. 1867].

VITAE CAESARUM.

ЖИЗНЕОПИСАНІЯ ЦЕЗАРЕЙ.

Lib. I c. 35 extr. [Caesar] ab Alexandria in Syriam et inde Pontum transiit, urgentibus de Pharnace nuntiis, quem Mithridatis Magni filium ac tunc occasione temporum bellantem iamque multiplici successu praeferocem intra quintum quam adfuerat diem quattuor quibus in conspectum venit horis, una profligavit acie.

Цезарь изъ Александріи перешелъ въ Сирію и оттуда въ Понтъ, *куда* его вызвали извѣстія о Фарнакѣ. Это былъ сынъ Миѳридата Великаго, затѣявшій войну въ виду благопріятныхъ обстоятельствъ и уже сильно возгордившійся многократными успѣхами. *Цезарь* разгромилъ его въ одномъ бою на пятый день по прибытіи, въ теченіе 4-хъ часовъ, въ которые столкнулся *съ нимъ* лицомъ къ лицу.

Lib. III, c. 41. Regressus in insulam [Tiberius] rei publicae quidem curam usque adeo abiecit, ut.... Armeniam a Parthis occupari, Moesiam a Dacis Sarmatisque... vastari neglexerit.

Возвратившись на островъ (Капрею), Тиберій до такой степени отстранилъ отъ себя заботы о государствѣ, что не обратилъ вниманія на то, что... Арменія была занята Парѳянами, а Мезія опустошалась Даками и Сарматами.

Lib. VIII, c. 2. ...Cum Vologaesus Parthorum rex auxilia adversus Alanos ducemque alterum ex Vespasiani liberis depoposcisset, [Domitianus] omni ope contendit ut ipse potissimum mitteretur...

Когда Парѳянскій царь Вологэзъ просилъ помощи противъ Алановъ и *въ качествѣ* предводителя—одного изъ сыновей Веспасіана, то Домиціанъ употребилъ всѣ усилія къ тому, чтобы самому быть посланнымъ *туда*...

Lib. VIII, c. 6. [Domitianus] expeditiones partim sponte suscepit, partim necessa-

Домиціанъ предпринималъ походы частію добровольно, частію по необходимо-

rio: sponte in Catthos, necessario unam in Sarmatas, legione cum legato simul caesa, in Dacos duas, primam Oppio Sabino consulari oppresso, secundam Cornelio Fusco, praefecto cohortium praetorianarum, cui belli summam commiserat. De Catthis Dacisque post varia proelia duplicem triumphum egit. De Sarmatis lauream modo Capitolino Iovi rettulit.

сти: добровольно противъ Каттовъ, по необходимости—одинъ противъ Сарматовъ, послѣ того, какъ *ими* былъ изрубленъ легіонъ вмѣстѣ съ легатомъ, и два противъ Даковъ: первый послѣ пораженія консуляра Оппія Сабина, второй *послѣ пораженія* префекта преторіанскихъ когортъ Корнелія Фуска, которому онъ ввѣрилъ главное начальство на войнѣ. Надъ Каттами и Даками послѣ битвъ съ перемѣннымъ счастіемъ праздновалъ двойной тріумфъ; за Сарматовъ только поднесъ лавровую *вѣтвь* Юпитеру Капитолійскому.

FLORVS.

ФЛОРЪ.

[Историкъ Флоръ, котораго родовое имя по однимъ источникамъ было Iulius, по другимъ — P. Annius, написалъ около 137 г. по Р. Хр. скорѣе риторическое или панегирическое, чѣмъ историческое сочиненіе о войнахъ Римскаго народа, руководствуясь при изложеніи хода Римской исторіи преимущественно Т. Ливіемъ. Неизвѣстно, одно ли лицо съ этимъ историкомъ поэтъ Адріанова времени Флоръ, отъ котораго сохранилось нѣсколько стиховъ (въ одномъ изъ нихъ упоминаются Scythicae pruinae). О Флорахъ историкѣ и поэтѣ см. Schanz, Gesch. d. röm. Litter. III, p. 56—61.—Текстъ: Iuli Flori epitomae de Tito Livio bellorum omnium annorum DCC libri duo. Rec. Car. Halm. Lips. Teubn. 1879].

EPITOMAE DE TITO LIVIO BELLORVM OMNIVM ANNORVM DCC LIBRI DVO.

LIBER I.

XXXVIIII. Bellum Thracium.

...(6) Curio Dacia tenus venit, sed tenebras saltuum expavit. Appius in Sarmatas usque pervenit, Lucullus ad terminum gentium Tanain lacumque Maeotim...

СОКРАЩЕНІЯ ИЗЪ ТИТА ЛИВІЯ О ВСѢХЪ ВОЙНАХЪ 700 ЛѢТЪ ДВѢ КНИГИ.

КНИГА 1-я.

39. Ѳракійская война.

...Куріонъ дошелъ до Дакіи, но испугался мрака горныхъ ущелій. Аппій прошелъ до Сарматовъ, Лукуллъ — до предѣла населенной земли Танаида и Мэотійскаго озера...

XL. Bellum Mithridaticum.

(1) Ponticae gentes a septentrione in sinistrum iacent, a Pontica cognominatae mari. harum gentium atque regionum rex antiquissimus Aeetas, post Artabazes, a septem Persis oriundus, inde Mithridates, omnium longe maximus. (2) quippe cum quattuor Pyrrho, tredecim anni Annibali suffecerint, ille per quadraginta annos restitit, donec tribus ingentibus bellis subactus felicitate Sullae, virtute Luculli, magnitudine Pompei consumeretur...

40. Миѳридатовская война.

Понтійскія племена живутъ съ сѣвера налѣво; названіе они получили отъ Понтійскаго моря. Древнѣйшимъ царемъ этихъ племенъ и странъ *былъ* Эитъ, потомъ Артавазъ, происходившій отъ семи Персовъ, затѣмъ Миѳридатъ, величайшій изъ всѣхъ. Именно, между тѣмъ какъ для Пирра достаточно было 4-хъ лѣтъ, а для Аннибала — 13-ти, онъ [т. е. Миѳридатъ] сопротивлялся 40 лѣтъ, пока не былъ разбитъ въ трехъ огромныхъ войнахъ и подавленъ счастіемъ Суллы, доблестью Лукулла и величіемъ Помпея...

...(20) [Luculli victoriis] adtritae iam omnes validissimi regis vires erant, sed animus malis augebatur. (51) itaque conversus ad proximas gentes totum paene orientem ac septentrionem ruina sua involvit. Hiberi, Caspii, Albani et utraeque sollicitantur Armeniae, per quae omnia decus et nomen et titulos gloriae Pompeio suo Fortuna quaerebat. (22) qui ubi novis molibus ardere Asiam videt aliosque ex aliis prodire reges, nihil cunctandum ratus, priusquam inter se gentium robora coirent, statim ponte navibus facto, omnium ante se primus transiit Euphratem regemque fugientem media nanctus Armenia — quanta felicitas viri! — uno proelio confecit. (23) nocturna ea dimicatio fuit... (24) et Mithridates quidem nocte illa debellatus est. nihil enim postea valuit, quamquam omnia expertus more anguium, qui optrito capite postremum cauda minantur. (25) quippe cum effugisset hostem Colchis tenus, iungere Bosporon, inde per Thracen Macedoniamque et Graeciam transilire, sic Italiam nec opinatus invadere — tantum cogitavit. (26) sed defectione civium Pharnacisque filii scelere praeventus male temptatum veneno spiritûm ferro expulit.

[Побѣдами Лукулла] были уже сломлены всѣ силы могущественнѣйшаго царя, но духъ его возвеличивался бѣдствіями. Итакъ, обратившись къ ближайшимъ народамъ, онъ увлекъ *за собою* въ своемъ паденіи почти весь Востокъ и Сѣверъ. Возбуждаются Иверы, Каспійцы, Албанцы и обѣ Арменіи; всѣмъ этимъ Фортуна снискивала для своего *любимца* Помпея честь, имя и свидѣтельства славы. Когда онъ увидѣлъ, что Азія пылаетъ новыми волненіями и цари выступаютъ одни за другими, то понялъ, что нельзя медлить, пока соединятся силы народовъ, и, тотчасъ устроивъ понтонный мостъ, первый изъ всѣхъ предшественниковъ перешелъ *черезъ* Евфратъ и, догнавъ бѣгущаго царя въ срединѣ Арменіи, — каково его счастіе! — разбилъ его на голову въ одной битвѣ. Сраженіе это происходило ночью... И Миѳридатъ былъ окончательно сломленъ въ эту ночь: послѣ этого онъ не имѣлъ уже никакой силы, хотя пробовалъ все, на манеръ змѣй, которыя съ раздавленной головой въ концѣ концовъ грозятъ хвостомъ. Именно, бѣжавъ отъ врага вплоть до Колховъ, онъ замышлялъ великое — соединить *мостомъ* Воспоръ, оттуда черезъ Ѳракію и Македонію перескочить въ Грецію и такимъ образомъ нежданно вторгнуться въ Италію. Но, будучи предупрежденъ отпаденіемъ *своихъ* подданныхъ и злодѣяніемъ сына Фарнака, послѣ неудачной попытки *покончить съ собою* ядомъ онъ испустилъ духъ *подъ ударомъ* меча.

(27) Gneus interim Magnus rebellis Asiae reliquias sequens per diversa gentium terrarumque volitabat. nam sub orientem secutus Armenios, captae gentis satrapen supplicem iussit regnare Tigranen. (28) at in septentrione Scythicum iter tamquam in mari stellis secutus Colchos cecidit, ignòvit Hiberiae, pepercit Albanis. regem Colchorum Orhozen positis sub ipso Caucaso castris iussit in plana descendere, at Arthocen, qui Hiberis imperabat, obsides liberos dare; Horolen etiam muneravit, ultro ab Albania sua lectum aureum et alia dona mittentem...

Между тѣмъ Гней Великій, преслѣдуя остальныя части мятежной Азіи, леталъ по разнымъ племенамъ и землямъ. Именно, на востокѣ преслѣдуя Арменцевъ, онъ повелѣлъ царствовать умолявшему *о пощадѣ* сатрапу покореннаго племени Тиграну; а на сѣверѣ, отыскивая путь въ Скиѳію по звѣздамъ, какъ бы на морѣ, онъ разбилъ Колховъ, простилъ Иверію, пощадилъ Албанцевъ. Ставъ лагеремъ подъ самымъ Кавказомъ, онъ повелѣлъ Колхидскому царю Орозу спуститься на равнину, а Арѳоку, который повелѣвалъ Иверами, дать дѣтей въ заложники; онъ даже одарилъ Орола, добровольно приславшаго *ему* изъ своей Албаніи золотое ложе и другіе дары...

LIBER II.

XIII. Bellum civile Caesaris et Pompei.

61. In Asia quoque novus rerum motus a Ponto, quasi de industria captante fortuna hunc Mithridatico bello exitum, ut a Pompeio pater, a Caesare filius vinceretur. (62) rex Pharnaces magis discordiae nostrae fiducia quam suae virtutis infesto in Cappadociam agmine ruebat. (63) sed hunc Caesar adgressus uno et, ut sic dixerim, non toto proelio obtrivit, more fulminis, quod uno eodemque momento venit, percussit, abscessit. nec vana de se praedicatio est Caesaris, ante victum esse quam visum.

КНИГА 2-я.

13. Междуусобная война Цезаря и Помпея.

Въ Азіи также произошло новое волненіе со стороны Понта: судьба какъ бы нарочно избрала такой исходъ Миѳридатовской войны, чтобы Помпеемъ былъ побѣжденъ отецъ [т. е. Миѳридатъ], а Цезаремъ — сынъ [т. е. Фарнакъ]. Царь Фарнакъ, болѣе полагаясь на наши раздоры, чѣмъ на свою доблесть, стремился съ враждебною арміею въ Каппадокію. Но Цезарь, выступивъ противъ него, разбилъ въ одномъ и, такъ сказать, не цѣломъ сраженіи, на подобіе молніи, которая въ одинъ и тотъ же мигъ падаетъ, поражаетъ и улетаетъ. И не пусто *было* самовосхваленіе Цезаря, что *врагъ* побѣжденъ прежде, чѣмъ усмотрѣнъ.

XXI. Bellum cum Antonio et Cleopatra.

...[Sub finem huius belli] ad septentrionem conversa ferme plaga ferocius agebat, Norici, Illyrii, Pannonii, Delmatae, Moesi, Thraces et Daci, Sarmatae atque Germani.

21. Война съ Антоніемъ и Клеопатрой.

...[Подъ конецъ этой войны] особенно враждебно относились *къ Римлянамъ* страны, обращенныя къ сѣверу: Норики, Иллирійцы, Паннонцы, Далматы, Мезійцы, Ѳракійцы и Даки, Сарматы и Германцы.

XXVIII. Bellum Dacicum.

Daci montibus inhaerent. inde Cotisonis regis imperio, quotiens concretus gelu Danuvius iunxerat ripas, decurrere solebant et vicina populari. visum est Caesari Augusto gentem aditu difficillimam summovere. misso igitur Lentulo ultra ulteriorem reppulit ripam; citra praesidia constituta. sic tum Dacia non victa, sed summota atque dilata est.

28. Дакійская война.

Даки живутъ въ горахъ. *Находясь* подъ властью царя Котисона, они обыкновенно сбѣгали оттуда всякій разъ, какъ скованный льдомъ Данувій соединялъ *какъ бы мостомъ* берега, и грабили сосѣднія *земли*. Цезарь Августъ рѣшилъ устранить племя, къ которому доступъ чрезвычайно затруднителенъ. Итакъ, пославъ Лентула, онъ отбросилъ ихъ подальше отъ противоположнаго берега. На этой сторонѣ установлены гарнизоны. Такимъ образомъ тогда Дакія была не побѣждена, но отодвинута и отдалена.

XXVIIII. Bellum Sarmaticum.

Sarmatae patentibus campis inequitant. et hos per eundem Lentulum prohibere Danuvio satis fuit. nihil praeter nives pruinasque et silvas habent. tanta barbaria est, ut nec intellegant pacem.

29. Сарматская война.

Сарматы разъѣзжаютъ верхомъ по *широко* раскинутымъ равнинамъ. И ихъ достаточно было отогнать отъ Данувія чрезъ того же Лентула. У нихъ нѣтъ ничего кромѣ снѣговъ, морозовъ и лѣсовъ. Они коснѣютъ въ такомъ варварствѣ, что даже не понимаютъ мира.

XXXIIII. Pax Parthorum et consecratio Augusti.

Omnibus ad occasum et meridiem pacatis gentibus, ad septentrionem quoque, dumtaxat intra Rhenum atque Danuvium, item ad orientem intra Cyrum et Euphraten, illi quoque reliqui, qui inmunes imperii erant, sentiebant tamen magnitudinem et victorem gentium populum Romanum reverebantur. nam et Scythae misere legatos et Sarmatae amicitiam petentes...

34. Миръ съ Парѳянами и посвященіе Августа.

Когда были усмирены всѣ народы къ западу и югу, а также къ сѣверу, по крайней мѣрѣ между Рейномъ и Данувіемъ, а также къ востоку между Киромъ и Евфратомъ, то даже тѣ остальные, которые не были подчинены *римской* власти, всетаки чувствовали величіе и почитали Римскій народъ, *какъ* побѣдителя племенъ. Именно, даже Скиѳы и Сарматы прислали пословъ съ просьбою о дружбѣ...

L. AMPELIVS.

Л. АМПЕЛІЙ.

[Въ 1638 г. знаменитый французскій филологъ Salmasius впервые издалъ маленькую книжку энциклопедическаго содержанія подъ заглавіемъ L. Ampelii liber memorialis, сохранившуюся въ одной Дижонской рукописи, впослѣдствіи потерянной. Время жизни автора опредѣляется только тѣмъ, что упоминанія объ историческихъ событіяхъ въ книжкѣ не идутъ дальше царствованія Траяна. Отсюда заключаютъ, что книжка написана при императорѣ Адріанѣ. — Текстъ: Lucii Ampelii liber memorialis. Rec. Ed. Woelfflin. При Гальмововомъ изданіи Флора (см. выше), Lips. ap. Teubn. 1879].

LIBER MEMORIALIS.

VI. DE ORBE TERRARVM.

...(2). Orbis terrarum, quem nos colimus, in tres partes dividitur totidemque nomina: Asia, quae est inter Tanain et Nilum... Europa, quae est inter fretum et Tanain.

...(4) In Europa clarissimae gentes: Scythae, Sarmatae, Germani, Daci, Moesi...

(6) Clarissimi montes in orbe terrarum: Caucasus in Scythia...

(8). Clarissima flumina in orbe terrarum:... Araxes in Armenia; Thermodon et Phasis in Colchide; Tanais in Scythia... (10) Savus et Danubius, qui idem Ister cognominatur, in Moesia...

ПАМЯТНАЯ КНИГА.

VI. О ЗЕМНОМЪ КРУГѢ.

...Земной кругъ, который мы заселяемъ, дѣлится на три части и столько же именъ: Азія, которая находится между Танаидомъ и Ниломъ... Европа, которая находится между [Гадитанскимъ] проливомъ и Танаидомъ.

...Въ Европѣ извѣстнѣйшіе народы: Скиѳы, Сарматы, Германцы, Даки, Мезійцы...

Извѣстнѣйшія горы на земномъ кругѣ: Кавказъ въ Скиѳіи...

Извѣстнѣйшія рѣки на земномъ кругѣ:... Араксъ въ Арменіи, Ѳермодонтъ и Фасидъ въ Колхидѣ, Танаидъ въ Скиѳіи... Савъ и Данувій, который называется также Истромъ, въ Мезіи...

VII. DE MARIVM AMBITV.

Mare quo cingimur universum vocatur Oceanum. Hoc quattuor regionibus inrumpit in terras: a septentrione vocatur Caspium...

VII. ОБЪ ОКРУЖАЮЩИХЪ ЗЕМЛЮ МОРЯХЪ.

Все море, которое насъ окружаетъ, называется Океаномъ. Онъ съ четырехъ сторонъ вливается въ земли: съ сѣвера

ad occasum magnum mare, idem Atlanticum... (2) Hoc intrat in fretum Gaditanum... dein latissime simul et longissime fusum medium terrarum orbem inundat et nomina adquirit:... (5) Euxinum, Ponticum, quod ingenti sinu Scythis infunditur... Tanaiticum, quo Asia alluitur...

называется Каспійскимъ..., къ западу великое море, *называемое* также Атлантическимъ... Оно входитъ въ Гадитанскій проливъ... затѣмъ, чрезвычайно разлившись въ ширину и длину, наводняетъ средину земнаго круга и получаетъ имена:... Евксинское или Понтійское, которое огромнымъ заливомъ вливается въ Скиѳію... Танаитское, которымъ омывается Азія...

VIII. MIRACVLA MVNDI.

...(3) Argis in Epiro quod Hippoboton appellatur: ibi pons magnus columnatus duplex, quem Medea aedificari imperasse fertur. Ibi picta sunt gubernacula Argonautarum...

VIII. ЧУДЕСА СВѢТА.

...Въ Епирѣ, въ Аргосѣ, который называется Иппоботскимъ: тамъ большой двойной съ колоннами мостъ, который, говорятъ, приказала построить Медея. Тамъ нарисованы рули Аргонавтовъ...

VIIII. QVOT FVERE IOVES VEL ALII [IN LOCO] DII DEAEQVE.

...(3) Soles fuere quinque:... quintus, Colchi filius, ex quo Circe et Medea et Phaëthon nati sunt...

IX. СКОЛЬКО БЫЛО ЗЕВСОВЪ ИЛИ ДРУГИХЪ БОГОВЪ И БОГИНЬ.

...Солнцевъ было пять:.... пятый—сынъ Колха, отъ котораго родились Кирка, Медея и Фаетонтъ...

XIII. REGES PERSARVM.

(1). Cyrus, rex fortissimus, qui maiore parte Asiae subacta Europam quoque inrupisset, ni a Tomyri Scytharum regina victus oppressusque esset...

XIII. ЦАРИ ПЕРСИДСКІЕ.

Киръ, храбрѣйшій царь, который, покоривъ бо̀льшую часть Азіи, вторгнулся бы и въ Европу, если бы не былъ побѣжденъ и убитъ скиѳскою царицею Томиріею...

XVIII. CLARISSIMI DVCES ROMANORVM.

...(19) Pompeius, qui Armenios sub rege Tigrane, Ponticos sub rege Mithridate, Cilicas toto mari dominantis intra quadragesimum diem vicit et magnam partem Asiae inter Oceanum, Caspium rubrumque victoriis suis triumphisque peragravit...

XVIII. СЛАВНѢЙШІЕ ВОЖДИ РИМСКІЕ.

...Помпей, который въ 40 дней побѣдилъ Арменцевъ съ царемъ Тиграномъ, Понтійцевъ съ царемъ Миѳридатомъ и Киликійцевъ, господствовавшихъ на всемъ морѣ, и съ побѣдами и тріумфами прошелъ большую часть Азіи между Океаномъ, Каспійскимъ и Краснымъ *морями*...

XXXIIII. REGES PONTI ET BITHYNIAE.

(1) Pharnaces rex Bithyniae, filius Mithridatis, qui bello civili quod in Pharsalia gestum est, milite patris sui Syriam

XXXIV. ЦАРИ ПОНТА И ВИѲИНІИ.

Фарнакъ царь виѳинскій, сынъ Миѳридата, который во время междуусобной войны, веденной въ Фарсаліи, съ вой-

invasit et adventu Caesaris, antequam in congressum eius veniret, ipso terrore nominis victus refugit in Pontum...

скамп своего отца вторгнулся въ Сирію и при приближеніи Цезаря, прежде чѣмъ встрѣтился съ нимъ, побѣжденный самимъ страхомъ *его* имени бѣжалъ въ Понтъ...

XLVII. VSQVE IMPERIVM TRAIANI QVI VICTI SVNT ET PER QVOS DVCES.

(1) Populus Romanus... vicit... (5) per Sullam Ponticos et Mitridatem... *per Pompeium* item eosdem Ponticos et Mithridatem, item Cilicas piratas et Armenios cum rege Tigrane et plurimas Asiacas gentes... (7) per Caesarem Augustum Dalmatas, Pannonios, Illyricos, Aegyptios, Germanos, Cantabros totumque orbem perpacavit exceptis Indis, Parthis, Sarmatis, Scythis, Dacis, quod eos fortuna Traiani principis triumphis reservavit.

XLVII. ДО ЦАРСТВОВАНІЯ ТРАЯНА КАКІЕ [НАРОДЫ] ПОБѢЖДЕНЫ И КАКИМИ ВОЖДЯМИ.

Римскій народъ... побѣдилъ... подъ начальствомъ Суллы Понтійцевъ и Миѳридата,... подъ начальствомъ Помпея тѣхъ же Понтійцевъ и Миѳридата, а также Киликійскихъ пиратовъ, Армянцевъ съ царемъ Тиграномъ и очень многія азіатскія племена.... Подъ начальствомъ Цезаря Августа — Далматовъ, Паннонцевъ, Иллирійцевъ, Эгиптянъ, Германцевъ, Кантабровъ и усмирилъ всю землю, исключая Индовъ, Парѳянъ, Сарматовъ, Скиѳовъ и Даковъ, такъ какъ судьба сберегла ихъ для тріумфовъ императора Траяна.

M. MINVCIVS FELIX.

М. МИНУЦІЙ ФЕЛИКСЪ.

[Авторъ діалога «Octavius», написаннаго въ защиту христіанства и названнаго такъ въ память умершаго друга и дѣйствующаго лица въ діалогѣ, Октавія Януарія. О времени жизни автора и, въ частности, написанія діалога въ наукѣ ведется нескончаемый споръ. По мнѣнію Шанца, діалогъ относится ко времени Антонина Пія или Адріана. См. Schanz, Gesch. d. röm. Litt. III, c. 229—239. — Текстъ: M. Minucii Felicis Octavius. Emend. et praefatus est Aem. Baehrens. Lips. Teubn. 1886].

OCTAVIVS.

Cap. 6, 1... per universa imperia provincias oppida videmus singulos sacrorum ritus gentiles habere et deos colere municipes, ut Eleusinios Cererem,.... Dianam Taurios, Gallos Mercurium.

ОКТАВІЙ.

Мы видимъ, что во всѣхъ государствахъ, областяхъ и городахъ мѣстные жители имѣютъ особые священные обряды и чтутъ своихъ мѣстныхъ боговъ, какъ напр. Елевсинцы — Цереру,... Тавріи — Діану, Галлы — Меркурія.

Cap. 30, 4... Tauris etiam Ponticis... ritus fuit hospites immolare...

...Также у Понтійскихъ Тавровъ... былъ обычай приносить въ жертву иноземцевъ...

M. CORNELIVS FRONTO.

М. КОРНЕЛІЙ ФРОНТОНЪ.

[Уроженецъ африканскаго города Цирты, жилъ въ 1-й половинѣ II в. по Р. Хр. (былъ консуломъ въ 143 г., умеръ, повидимому, раньше 169 г.). Былъ учителемъ М. Аврелія и Л. Вера и весьма уважаемымъ писателемъ своего времени. Особенно извѣстенъ стремленіемъ преобразовать современный литературный стиль въ духѣ старинной, до-классической латыни. Сохранилась его переписка съ М. Авреліемъ и Л. Веромъ, письма къ друзьямъ и нѣк. другія сочиненія, большею частію въ отрывкахъ. См. Schanz, Gesch. d. röm. Litter. III, p. 75—85.— Текстъ: M. Cornelii Frontonis et M. Aurelii Imperatoris epistulae. Rec. S. A. Naber. Lips. 1867].

(EPISTVLAE GRAECAE).

I. Μητρὶ Καίσαρος.

(Ed. Naber p. 242)... καὶ γὰρ τὸν Σκύθην ἐκεῖνον τὸν Ἀνάχαρσιν οὐ πάνυ τι ἀττικίσαι φασίν, ἐπαινεθῆναι δ' ἐκ τῆς διανοίας καὶ τῶν ἐνθυμημάτων. Παραβαλῶ δ' ἐμαυτὸν Ἀναχάρσιδι οὐ μὰ Δία κατὰ τὴν σοφίαν, ἀλλὰ κατὰ τὸ βάρβαρος ὁμοίως εἶναι. Ἦν γὰρ ὁ μὲν Σκύθης τῶν νομάδων Σκυθῶν, ἐγὼ δὲ Λίβυς τῶν Λιβύων τῶν νομάδων. Κοινὸν δὲ [1]) ἦν τὸ νέμεσθαι ἐμοί τε καὶ Ἀναχάρσιδι· κοινὸν οὖν ἔσται καὶ τὸ βληχᾶσθαι νεμομένοις, ὅπως ἄν τις βληχήσηται. Οὕτως μὲν δὴ τὸ βαρβαρίζειν τῷ βληχᾶσθαι προσείκασα...

(ГРЕЧЕСКІЯ ПИСЬМА).

I. МАТЕРИ КЕСАРЯ.

...Говорятъ, что и знаменитый Скиѳъ Анахарсидъ не очень-то хорошо выражался по-аттически, но заслужилъ похвалы за свой умъ и идеи. Я сравниваю себя съ Анахарсидомъ, конечно, не по мудрости, а по одинаково варварскому происхожденію. Онъ былъ Скиѳъ, изъ кочевыхъ Скиѳовъ, а я — Ливіецъ, изъ кочевыхъ Ливійцевъ. У меня и у Анахарсида было общее *дѣло* — пастись; итакъ, общимъ будетъ и блеять на пастбищѣ, какъ кто сумѣетъ блеять. Такъ я уподобилъ варварскую рѣчь блеянію...

AVLVS GELLIVS.

АВЛЪ ГЕЛЛІЙ.

[Современникъ Фронтона, ученикъ Сульпиція Аполлинарія, Антонія Юліана и Т. Кастриція. Въ молодыхъ годахъ былъ судьею, затѣмъ для расширенія своего образованія отправился въ Аѳины, гдѣ въ теченіе года слушалъ философа Кальвисія Тавра и познакомился съ другими выдающимися учеными, напр. съ Иродомъ Аттикомъ и пр. Въ Аѳинахъ же, въ долгія зимнія ночи онъ началъ обрабатывать для изданія разнообразныя выдержки изъ прочитанныхъ сочиненій, давно уже имъ начатыя. Поэтому сборникъ этихъ выдержекъ, составившій 20 книгъ и изданный около 169 г., получилъ названіе «Аттическихъ ночей».—Текстъ: A. Gellii Noctium Atticarum libri XX ex recensione Martini Hertz. Editio minor altera. Lips. ap. Teubn. 1886].

NOCTIVM ATTICARVM LIBRI XX.

АТТИЧЕСКИХЪ НОЧЕЙ 20 КНИГЪ.

Lib. IX, c. 4, 1—6.

Cum e Graecia in Italiam rediremus et Brundisium iremus egressique e navi in terram in portu illo inclito spatiaremur..., fasces librorum venalium expositos vidimus. (2) Atque ego avide statim pergo ad

Когда мы на возвратномъ пути изъ Греціи въ Италію прибыли въ Брундизій и, сойдя съ корабля на землю, прогуливались въ его знаменитой гавани,... мы увидѣли выставленныя связки продажныхъ

---

1) Codicis scripturam in κοινὸν δὴ mutavit Niebuhrius, quem secutus est Naber. Nobis tamen nihil videtur mutandum.

libros. (3) Erant autem isti omnes libri Graeci miraculorum fabularumque pleni, res inauditae, incredulae, scriptores veteres non parvae auctoritatis: Aristeas Proconnesius et Isigonus Nicaeensis et Ctesias et Onesicritus et Polystephanus et Hegesias; (4) ipsa autem volumina ex diutino situ squalebaut et habitu aspectuque taetro erant. (5) Accessi tamen percontatusque pretium sum et, adductus mira atque insperata vilitate, libros plurimos aere pauco emo eosque omnis duabus proximis noctibus cursim transeo...

(6). Erant igitur in illis libris scripta huiuscemodi: Scythas illos penitissimos, qui sub ipsis septentrionibus aetatem agunt, corporibus hominum vesci eiusque victus alimento vitam ducere et 'ἀνθρωποφάγους' nominari; item esse homines sub eadem regione caeli unum oculum in frontis medio habentes, qui appellantur Arimaspi, qua fuisse facie Cyclopas poetae ferunt; alios item esse homines apud eandem caeli plagam singulariae velocitatis, vestigia pedum habentes retro porrecta, non, ut ceterorum hominum, pros(profi)um pet(et anti)spectantia; praeterea traditum esse memoratumque in ultima quadam terra, quae Albania dicitur, gigni homines, qui in pueritia canescant et plus cernant oculis per noctem, quam interdiu; item esse compertum et creditum Sauromatas, qui ultra Borysthenem fluvium longe colunt, cibum capere semper diebus tertiis, medio abstinere.

книгъ. Я тотчасъ жадно бросаюсь къ книгамъ. Все это были греческія книги, наполненныя чудесами и сказками, неслыханныя и невѣроятныя вещи, старинные писатели не малой важности: Аристей Проконнисскій, Исигонъ Никейскій, Ктисій, Онисикритъ, Полистефанъ и Игисій; самые свитки были покрыты давнишней плѣсенью и имѣли безобразный видъ. Всетаки я подошелъ, спросилъ и, увлеченный удивительной и неожиданной дешевизной, купилъ множество книгъ за небольшую сумму и всѣ ихъ бѣгло прочиталъ въ двѣ ближайшія ночи.

Въ этихъ книгахъ были извѣстія такого рода: что тѣ отдаленнѣйшіе Скиѳы, которые живутъ на крайнемъ сѣверѣ, питаются человѣческимъ мясомъ, поддерживаютъ жизнь такою пищею и называются людоѣдами; что подъ тѣмъ же небеснымъ поясомъ есть также люди, называемые Аримаспами, съ однимъ глазомъ по срединѣ лба, *т. е. съ такимъ* лицомъ, какое, по словамъ поэтовъ, имѣли Киклопы; что въ тѣхъ же странахъ есть другіе люди, *отличающіеся* необыкновенной быстротой и имѣющіе слѣды ногъ, вывернутые назадъ, а не *такъ*, какъ у прочихъ людей, направленные впередъ и противопоставленные; кромѣ того, передается-де и упоминается, что въ одной отдаленной землѣ, называемой Албаніей, родятся люди, которые сѣдѣютъ въ дѣтствѣ и лучше видятъ глазами ночью, нежели днемъ; затѣмъ достовѣрно-де извѣстно, что Савроматы, которые живутъ далеко за рѣкою Бориѳеномъ, постоянно принимаютъ пищу на 3-й день, а въ средній воздерживаются *отъ нея.*

Lib. XVI, c. 3, 4—8.

4. Scythas quoque ait [Favorinus] eundem Erasistratum dicere, cum sit usus, ut famem longius tolerent, fasceis ventrem strictissime circumligare. Ea ventris conpressione esuritionem posse depelli creditum est.

5. Haec tum Favorinus multaque istiusmodi alia adfabilissime dicebat, (6) nos autem postea, cum librum forte Erasistrati legeremus διαιρέσεων primum, id

[Фаворинъ] говоритъ, что, по словамъ того же Еразистрата, и Скиѳы, имѣя привычку довольно долго переносить голодъ, очень крѣпко стягиваютъ животъ повязками. Вѣрятъ, что этимъ стягиваніемъ живота можно прогонять голодъ.

Тогда Фаворинъ весьма ласково говорилъ это и многое тому подобное, а мы впослѣдствіи, читая случайно первую книгу «διαιρέσεων» Еразистрата, нашли въ

ipsum in eo libro, quod Favorinum audiebamus dicere, scriptum offendimus. (7) Verba Erasistrati ad eam rem pertinentia haec sunt: Ἐλογιζόμεθα οὖν παρὰ τὴν ἰσχυρὰν σύμπτωσιν τῆς κοιλίας εἶναι τὴν σφόδρα ἀσιτίαν· καὶ γὰρ τοῖς ἐπιπλέον ἀσιτοῦσιν κατὰ προαίρεσιν ἐν τοῖς πρώτοις χρόνοις ἡ πεῖνα παρακολουθεῖ, ὕστερον δὲ οὐκέτι. (8) Deinde paululum infra: Εἰθισμένοι δέ εἰσιν καὶ οἱ Σκύθαι, ὅταν διά τινα καιρὸν ἀναγκάζωνται ἀσιτεῖν, ζώναις πλατείαις τὴν κοιλίαν διασφίγγειν, ὡς τῆς πείνης αὐτοὺς ἧττον ἐνοχλούσης· σχεδὸν δὲ καὶ ὅταν πλήρης κοιλία ᾖ, διὰ τὸ κένωμα ἐν αὐτῇ μηδὲν εἶναι, διὰ τοῦτο οὐ πεινῶσιν, ὅταν δὲ σφόδρα συμπεπτωκυῖα ᾖ, κένωμα οὐκ ἔχει [1]).

этой книгѣ то самое, что слышали отъ Фаворина. Относящіяся сюда слова Ерасистрата таковы: «Итакъ мы полагали, что чрезмѣрное голоданіе влечетъ за собою сильное сжатіе желудка: вѣдь у *людей*, добровольно и надолго воздерживающихся отъ пищи, въ первое время *за этимъ* слѣдуетъ чувство голода, а потомъ *уже* нѣтъ *его*». Затѣмъ немного ниже: «И Скиѳы имѣютъ привычку, когда въ теченіе нѣкотораго времени принуждены оставаться безъ пищи, стягивать животъ широкими поясами, такъ какъ *при этомъ* голодъ менѣе мучитъ ихъ. Почти такъ же, какъ при наполненномъ желудкѣ люди не чувствуютъ голода, потому что въ немъ нѣтъ никакой пустоты, такъ онъ не имѣетъ пустоты и тогда, когда сильно сжатъ».

Lib. XVII, c. 8, 16.

Praeterea id quoque ait [Taurus] quaeri dignum, cur fluviorum et fontium aquae gelu durentur, mare omne incongelabile sit? 'tametsi Herodotus', inquit, 'historiae scriptor, contra omnium ferme, qui haec quaesiverunt, opinionem scribit mare Bosporicum, quod 'Cimmerium' appellatur, earumque partium mare omne, quod 'Scythicum' dicitur, gelu stringi et consistere'.

Кромѣ того [Тавръ] сказалъ, что заслуживаетъ изслѣдованія и *вопросъ* о томъ, почему воды рѣкъ и родниковъ твердѣютъ отъ мороза, а все море не подвержено замерзанію. «Впрочемъ, сказалъ онъ, историкъ Иродотъ вопреки мнѣнію почти всѣхъ, кто занимался этимъ вопросомъ, пишетъ, что Воспорское море, называемое Киммерійскимъ, и все море въ тѣхъ странахъ, называемое Скиѳскимъ, сковывается морозомъ и твердѣетъ».

Lib. XVII, c. 16.

Anates Ponticas dicitur edundis vulgo venenis victitare. (2) Scriptum etiam a Lenaeo, Cn. Pompei liberto, Mithridatem illum Ponti regem medicinae rei et remediorum id genus sollertem fuisse solitumque earum sanguinem miscere medicamentis, quae digerendis venenis valent, eumque sanguinem vel potentissimum esse in ea confectione; (3) ipsum autem regem adsiduo talium medellarum usu a clandestinis epularum insidiis cavisse, (4) quin et scientem quoque ultro et ostentandi gratia venenum rapidum et velox saepenumero hausisse,

Говорятъ, что Понтійскія утки обыкновенно питаются ядами. Ленэй, отпущенникъ Гн. Помпея, пишетъ даже, что знаменитый Понтійскій царь Миѳридатъ былъ знатокъ медицины и средствъ такого рода и обыкновенно примѣшивалъ кровь этихъ *утокъ* къ лѣкарствамъ, которыя служатъ для уничтоженія *дѣйствія* ядовъ; эта кровь была важнѣйшимъ *средствомъ* при составленіи этихъ *противоядій*. Самъ же царь постояннымъ употребленіемъ такихъ средствъ охранялъ себя отъ тайныхъ козней на пиршествахъ; онъ

---

1) Erasistrati fragmentum v. etiam in vol. I, p. 873.

atque id tamen sine noxa fuisse. (5) Quamobrem postea, cum proelio victus in ultima regni refugisset et mori decrevisset, venena violentissima festinandae necis causa frustra expertus, suo se ipse gladio transegit. (6) Huius regis antidotus celebratissima est, quae 'Mithridatios' vocatur.

даже нарочно, ради хвастовства, часто глоталъ сильный и быстро дѣйствующій ядъ, — и онъ не причинялъ ему вреда. Поэтому впослѣдствіи онъ послѣ пораженія въ битвѣ, бѣжавъ въ отдаленнѣйшій *край* своего царства и рѣшивъ умереть, тщетно испробовалъ сильнѣйшіе яды для ускоренія смерти и *наконецъ* пронзилъ себя собственнымъ мечомъ. Пользуется огромною извѣстностью противоядіе этого царя, которое называется «Миѳридатовскимъ».

L. APVLEIVS.

Л. АПУЛЕЙ.

[Уроженецъ африканскаго г. Мадавры, жившій во II в. по Р. Хр. (род., вѣроятно, около 125 г.), широко образованный, разносторонній и плодовитый писатель. Изъ его многочисленныхъ трудовъ до насъ дошли сравнительно немногіе, именно: Metamorphoseon libri XI, — романъ, излагающій приключенія Луція, превращеннаго въ осла, Apologia — защитительная рѣчь противъ обвиненій въ колдовствѣ, Florida и нѣсколько философскихъ трудовъ: De Platone et eius dogmate, De deo Socratis, De mundo].

METAMORPHOSES.

ПРЕВРАЩЕНІЯ.

[Текстъ: Lucii Apulei Metamorphoseon libri XI. Rec. J. van der Vliet. Lips. 1897].

Lib. XI cap. 24 commemorantur «grypes Hyperborei quos in speciem alitis pinnatos generat mundus alter».

Упоминаются «Иперборейскіе грифы, которыхъ другой міръ производитъ пернатыми на подобіе птицы».

DE MUNDO.

О МІРѢ.

[Текстъ: Apulei Madaurensis opuscula quae sunt de philosophia. Rec. Aloisius Goldbacher. Vindob. 1876].

Cap. VI, § 300 ..... sed antea Aegaea et Myrtoa sunt maria. iis sane vicinus est Pontus, sinus amplissimus maris nostri, cuius extremus recessus in Maeotim senescit, ex Hellesponti fonte concipitur vestibulumque eius Propontis vocatur. (301) ab ortu solis Oceanus est Indicum et Persicum mare conferens; hinc patescunt finitima Rubri maris, quae per angustas longinquasque faucis in Hyrcanium et Caspium flectuntur simul, ultraque paulatim Scythicum et Hibernium freta et rursum mare, per quod Gallicum vinum [1]) atque Gaditanas columnas circumvectus Oceanus orbis nostri metas includit.

...Но раньше лежатъ Эгейскія и Миртойскія моря. Съ ними, конечно, граничитъ Понтъ, самый обширный заливъ нашего моря, крайнее углубленіе котораго суживается къ Мэотійскому озеру, начинается отъ истоковъ Геллеспонта и входъ его называется Пропонтидою. (301) Съ восхода солнца находится Океанъ, соединяющій (?) Индійское и Персидское море; отсюда открываются сосѣднія воды Краснаго моря, которыя по узкому и длинному проливу направляются къ Ирканскому и Каспійскому морю и немного выше Скиѳскаго и Ибернійскаго проливовъ и моря, черезъ которое Океанъ, обойдя Галльскій заливъ (?) и Гадитанскія колонны, замыкаетъ границы нашего материка.

---

1) An sinum?

Cap. VII, § 303 ....Europa ab Herculis columna usque Ponticum et Hyrcanum mare ac flumen Tanain fines habet... quidam ab exordio Tanais ad ora Nili Asiae terminos metiuntur...

Европа имѣетъ границы отъ колонны Геркулеса до Понтійскаго и Ирканскаго моря и рѣки Танаида. ...Нѣкоторые полагаютъ границы Азіи отъ начала Танаида до устья Нила.

DE MAGIA.

О МАГІИ.

[Текстъ: L. Apuleii opera omnia ex fide optimorum codicum aut primum aut denuo collatorum recensuit G. F. Hildebrand. Pars II. Lips. 1842].

Cap. XXIV, § 446: Apud socordissimos Scythas Anacharsis sapiens natus est....

У глупѣйшихъ Скиѳовъ родился мудрецъ Анахарсидъ...

S. POMPEIVS FESTVS.

С. ПОМПЕЙ ФЕСТЪ.

[Грамматикъ, жившій, по всей вѣроятности, во II в. по Р. Хр., составилъ сокращеніе въ 20 книгахъ изъ большого труда М. Веррія Флакка (современника Августа) «О значеніи словъ» (De verborum significatu). Трудъ Феста въ концѣ VIII в. въ свою очередь былъ сокращенъ Павломъ Діакономъ и дошелъ до насъ въ очень плохомъ видѣ. См. Schanz, Gesch. d. röm. Litt. II, 1[2], стр. 321 сл. — Текстъ: Sexti Pompei Festi de verborum significatione quae supersunt cum Pauli epitome emendata et annotata a Car. Od. Muellero. Lips. 1839].

PAVLI DIACONI EXCERPTA.

ИЗВЛЕЧЕНІЯ ПАВЛА ДІАКОНА.

Lib. IV (p. 75 M.). Diox genus piscis frequens in Ponto.

Diox — родъ рыбы, часто *встрѣчающійся* въ Понтѣ.

Lib. VIII (p. 103 M.). Hyperborei supra aquilonis flatum habitantes dicti, quod humanae vitae modum excedant vivendo ultra centesimum annum, quasi ὑπερβαίνοντες ὅρον seculi humani.

Ипербореями названы живущіе выше дуновенія аквилона, потому что они выходятъ за предѣлы человѣческой жизни, живя долѣе 100 лѣтъ, какъ бы ὑπερβαίνοντες ὅρον (переходящіе предѣлъ) человѣческаго вѣка.

Q. SEPTIMIVS FLORENS TERTVLLIANVS.

КВ. СЕПТИМІЙ ФЛОРЕНТЪ ТЕРТУЛЛІАНЪ.

[Тертулліанъ, родомъ изъ Карѳагена (около 160—230 по Р. Х.), принадлежитъ къ числу родоначальниковъ патристики. Большинство его сочиненій — полемическаго характера. Указанія на время составленія каждаго отдѣльнаго сочиненія см. въ изслѣдованіи E. Noeldechen «Die Abfassungszeit der Schriften Tertullians» Leipz. 1888 (въ «Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur herausgegeben von O. Gebhardt und A. Harnack». V Band). — Текстъ: Corpus script. eccles. Latinorum, vol. XX. Q. Septimi Florentis Tertulliani opera ex recens. Aug. Reifferscheid et Georgii Wissowa. Pars 1. Vindob. 1890. — Patrologiae cursus completus. Series latina.... accurante I. P. Migne. Patrologiae latinae tomus I-+II. 1866].

Извлеченія и переводъ С. А. Селиванова.

APOLOGETICVS ADVERSVS GENTES PRO CHRISTIANIS.

Cap. IX, p. 372 sq. (Migne). De sanguinis pabulo... legite, nuncubi relatum sit..., defusum brachiis sanguinem ex alterutro degustatum nationes quasdam foederi comparasse [1]). Aiunt et apud quosdam gentiles Scytharum defunctum quemque a suis comedi.

ВЪ ЗАЩИТУ ХРИСТІАНЪ ПРОТИВЪ ЯЗЫЧНИКОВЪ.

Объ употребленіи крови въ пищу... читайте тамъ, гдѣ объ этомъ говорится,... (именно) о томъ, что нѣкоторыя племена пользуются для договора кровью, пролитою изъ рукъ и выпиваемою тою и другою (договаривающеюся) стороною. Говорятъ также, что у нѣкоторыхъ язычниковъ изъ *числа* Скиѳовъ каждый умершій съѣдается своими же (родичами).

AD NATIONES LIBRI DUO.

Lib. II c. 16 (p. 129 R. W.). Cerasium. Cn. Pompeius de Ponto primus Italiae provolgavit [2]).

КЪ ЯЗЫЧНИКАМЪ 2 КНИГИ.

Черешню Гн. Помпей съ Понта первый распространилъ въ Италіи.

SCORPIACE.

C. 7 (p. 160 R.-W.)... Sed enim Scytharum Dianam aut Gallorum Mercurium aut Afrorum Saturnum hominum victima placari apud saeculum licuit...

СРЕДСТВО ПРОТИВЪ УКУШЕНІЯ СКОРПІОНОВЪ.

Но вѣдь въ языческое время Діану Скиѳовъ или Меркурія Галловъ, или Сатурна Афровъ позволялось умилостивлять человѣческою жертвою...

ADVERSVS MARCIONEM.

Lib. I c. I (p. 271 sq. M.). Pontus qui dicitur Euxinus natura negatur, nomine illuditur. Ceterum hospitalem Pontum nec de situ aestimes: ita ab humanioribus

ПРОТИВЪ МАРКІОНА.

Такъ называемому Понту Привѣтливому природа *сама* отказываетъ *въ такомъ названіи*; въ *этомъ* имени — насмѣшка. Впрочемъ, не считай Понтъ привѣтливымъ

---

1) Cf. Herodot. IV, 70 (vol. I, p. 29 sq.).

2) Cf. Apologet. c. XI, p. 388 Migne.

fretis nostris quasi quodam barbariae suae pudore secessit. Gentes ferocissimae inhabitabant, si tamen habitatur in plaustro. Sedes incerta, vita cruda, libido promiscua et plurimum nuda, etiam cum abscondunt, suspensis de iugo pharetris indicibus, ne temere quis intercedat. Ita nec armis suis erubescunt. Parentum cadavera cum pecudibus caesa convivio convorant. Qui non ita decesserint, ut escatiles fuerint, maledicta mors est. Nec feminae sexu mitigantur secundum pudorem: ubera excludunt, pensum securibus faciunt, malunt militare, quam nubere. Duritia de caelo quoque. Dies nunquam patens, sol nunquam libens, unus aer, nebula; totus annus hibernum, omne quod flaverit, Aquilo est, liquores ignibus redeunt, amnes glacie negantur, montes pruina exaggerantur. Omnia torpent, omnia rigent: nihil illic nisi feritas calet, illa scilicet quae fabulas scenis dedit, de sacrificiis Taurorum et amoribus Colchorum et crucibus Caucasorum. Sed nihil tam barbarum ac triste apud Pontum quam quod illic Marcion [1]) natus est, Scytha tetrior, Hamaxobio [2]) instabilior, Massageta inhumanior, Amazone audacior, nubilo obscurior, hieme frigidior, Istro fallacior, Caucaso abruptior. Quidni? penes quem verus Prometheus Deus omnipotens blasphemiis lancinatur...... Quis tam comesor mus ponticus, quam qui Evangelia corrosit? Nae tu, Euxine, probabiliorem feram philosophis edidisti, quam christianis.

и по положенію: настолько удалился онъ, какъ бы изъ какого-то стыда передъ своимъ варварствомъ, отъ болѣе человѣчныхъ нашихъ водъ. Обитали *тамъ* племена самыя жестокія, если только обитаютъ на повозкѣ. Мѣстопребываніе — неопредѣленное, жизнь — грубая, похоть — безразличная и большею частью нагая, даже тогда, когда *ее* скрываютъ, повѣсивъ на ярмѣ колчаны, которые должны предостерегать, чтобы кто-либо случайно не помѣшалъ. Итакъ, они не краснѣютъ даже передъ своимъ оружіемъ. Трупы родителей, изрубленные вмѣстѣ съ *мясомъ* животныхъ они пожираютъ на пиру, *смерть тѣхъ*, которые умерли не такимъ образомъ, чтобы быть годными въ пищу, — проклятая. Даже женщины не смягчаются поломъ въ пользу стыдливости: онѣ вырѣзаютъ груди, исполняютъ работу сѣкирами, желаютъ лучше воевать, чѣмъ выходить замужъ. Суровость даже въ климатѣ: нѣтъ никогда яснаго дня, солнце никогда не бываетъ ярко, одинъ (только) воздухъ — туманъ, цѣлый годъ — зима, всякій вѣтеръ—Аквилонъ, влага появляется (только) отъ огня, рѣки не могутъ течь отъ льда, горы увеличиваются въ вышину отъ снѣговъ. Все коченѣетъ, все цѣпенѣетъ. Ничто тамъ, кромѣ дикости, не пылаетъ, той, разумѣется, дикости, которая дала сценамъ пьесы о жертвоприношеніяхъ Тавровъ, о любви Колховъ, о распятіяхъ Кавказскихъ. Но у Понта ничего нѣтъ грубѣе и печальнѣе, чѣмъ то, что тамъ родился Маркіонъ, *который* отвратительнѣе Скиѳа, непостояннѣе Амаксовія, безчеловѣчнѣе Массагета, смѣлѣе Амазонки, темнѣе тумана, холоднѣе зимы, обманчивѣе Истра, круче Кавказа. Развѣ это не такъ? Вѣдь у него истинный Промиѳей, Богъ Всемогущій растерзывается хулами... Какая мышь понтійская прожорливѣе того, кто изгрызъ Евангелія? Да, ты, Привѣтливый (понтъ), родилъ звѣря болѣе пріятнаго философамъ, чѣмъ христіанамъ.

---

1) De Marcione Sinopae in Ponto nato circa annum 148 p. Chr. v. Patrol. II, p. 263 (Synopsis historica). 2) De Hamaxobiis (Ἁμαξόβιοι) v. Ptolemaei Geographiam (vol. I, p. 231). Non alii sunt apud Strabonem Ἁμάξοικοι (v. vol. I, p. 112).

LIBER ADVERSUS IUDAEOS.

C. VII, (p. 649 sq. M.) In quem enim alium universae gentes crederunt, nisi in Christum, qui iam venit?.... «Parthi, Medi..... et incolentes Pontum et Asiam»....[1]) et Galliarum diversae nationes et Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo veró subdita et Sarmatarum et Dacorum et Germanorum et Scytharum et additarum multarum gentium et provinciarum et insularum multarum nobis ignotarum et quae enumerare minus possumus.

СОЧИНЕНІЕ ПРОТИВЪ ІУДЕЕВЪ.

Вѣдь въ кого другого увѣровали всѣ племена, кромѣ Христа, который уже пришелъ?... «Парояне, Мидяне... и обитающіе Понтъ и Асію», и различныя галльскія племена, и недоступныя для Римлянъ мѣста Британніи покорились Христу, *а также и страны* Сарматовъ, Даковъ, Германцевъ, Скиѳовъ и сверхъ того многихъ племенъ, областей и острововъ многихъ намъ неизвѣстныхъ, такъ что и перечислить ихъ мы не въ состояніи.

DE ANIMA.

C. 30 (p. 349 R.-W.). ...Invenimus autem apud commentarios etiam humanarum antiquitatum paulatim humanum genus exuberasse, dum Aborigines vel vagi vel extorres vel gloriosi quique occupant terras, ut Scythae Parthicas...

О ДУШѢ.

Мы находимъ и въ запискахъ о человѣческихъ древностяхъ, что родъ человѣческій постепенно размножился, когда туземцы, или кочуя, или лишившись родины, или подъ вліяніемъ жажды славы занимали земли, какъ напр. Скиѳы — Парѳянскія...

LIBER DE MONOGAMIA.

C. XVII (p. 1003 sq. M.). Sunt et quae de tota continentia iudicent nos, virgines Vestae et Iunonis Achaicae et Dianae Scythicae et Apollinis Pythii....

СОЧИНЕНІЕ ОБЪ ЕДИНОБРАЧІИ.

Есть и такія, которыя имѣютъ право судить насъ *съ точки зрѣнія* полнаго воздержанія, *какъ напр.* дѣвы Весты, Юноны Ахейской, Діаны Скиѳской и Аполлона Пиѳійскаго....

LIBER DE PALLIO.

C. II (p. 1090 M.). Transvolavere redundantium gentium examina. Scythae exuberant Persas, Phoenices in Africam eructant...

СОЧИНЕНІЕ О ГРЕЧЕСКОМЪ ПЛАЩѢ.

Перелетѣли рои расплодившихся племенъ. Скиѳы наполняютъ *землю* Персовъ, Финикіяне врываются въ Африку....

---

1) Parthi—Asiam. *Act. apost.* c. II, §§ 9—10.

INDEX SCRIPTORUM

ordine alphabetico nominum gentilium dispositus.

ЗАПИСКИ

КЛАССИЧЕСКАГО ОТДѢЛЕНІЯ

ИМПЕРАТОРСКАГО

РУССКАГО АРХЕОЛОГИЧЕСКАГО ОБЩЕСТВА.

Томъ II.

Выпускъ 2.

СЪ ГЕОГРАФИЧЕСКОЙ КАРТОЙ.





САНКТПЕТЕРБУРГЪ.
ТИПОГРАФІЯ ИМПЕРАТОРСКОЙ АКАДЕМІИ НАУКЪ.
Вас. Остр., 9 линія, № 12.
1906.

Изданія Императорскаго Русскаго Археологическаго Общества.

Записки Имп. Русск. Арх. Общ. Т. XI (остальныхъ нѣтъ въ продажѣ) . . . . 3 р. — к.

Извѣстія Имп. Русск. Арх. Общ. Тт. III, IV, VII, VIII— по 3 р.; IX и X по 15 р. (Тт. I, II, V и VI нѣтъ въ продажѣ). 42 » — »

Записки Имп. Русск. Арх. Общества. Новая серія, т. I—2 р. 50 к., т. II—3 р., т. V—5 р., тт. III, IV, VI, VII, VIII, IX, X, XI и XII—по 4 р. . . . . 46 » 50 »

Труды Восточнаго Отдѣленія. Тт. XI и XIII— по 2 р. 50 к., т. XIV—3 р., т. XVI—2 р., т. XVII—2 р. 50 к., тт. XX, XXI, XXII—по 3 р. (остальныхъ нѣтъ въ продажѣ). 21 » 50 »

Записки Восточнаго Отдѣленія. Тт. I—XV по 4 р. . . 60 » — »

Записки Отдѣленія Русской и Славянской Археологіи. Т. III—2 р. 50 к., тт. IV, V и VI— по 4 р., т. VII, вып. 1—2 р. (Тт. I и II въ продажѣ нѣтъ) . . . . 16 » 50 »

Записки Классическаго Отдѣленія. Т. I—5 р., т. II, вып. I—1 р. 50 к., т. III — 4 р. . . . . 10 » 50 »

Древности Россійскаго Государства. Кіево-Софійскій соборъ. Вып. I—III—18 р., в. IV—12 р. . . . . 30 » — »

Сказанія о св. Борисѣ и Глѣбѣ. Facsimile съ Сильвестровскаго списка XVI вѣка, съ предисл. **И. И. Срезневскаго.** . 6 » — »

Архим. **Макарій.** Памятники церковныхъ древностей въ Нижегородской губ. . . . . 3 » — »

Описаніе Новгородскаго Софійскаго собора, сост. прот. **П. И. Соловьевымъ.** Съ указателемъ **П. И. Савваитова.** . . . . 1 » 50 »

Б. В. Кене. Описаніе европейскихъ монетъ X, XI и XII вв., найденныхъ въ Россіи. . . . . 1 » — »

В. В. Григорьевъ. Жизнь и труды П. С. Савельева. . . . 2 » — »

Д. И. Прозоровскій. Каталогъ русскимъ медалямъ и монетамъ, хранящимся въ музеѣ Имп. Русск. Арх. Общ. Изд. 2-е. 1 » — »

В. В. Вельяминовъ-Зерновъ. Словарь джагатайско-турецкій. 2 » — »

Записка для обозрѣнія русскихъ древностей. . . . . . . — » 20 »

Архим. **Антонинъ.** О древнихъ христіанскихъ надписяхъ въ Аѳинахъ . . . . 1 » 50 »

Труды 2-го Археологическаго съѣзда, съ атласомъ. . . . 5 » — »

Археологическіе труды **А. Н. Оленина.** Т. I—4 р. 50 к., т. II—2 р. . . . . 6 » 50 »

ЗАПИСКИ

КЛАССИЧЕСКАГО ОТДѢЛЕНІЯ

ИМПЕРАТОРСКАГО

РУССКАГО АРХЕОЛОГИЧЕСКАГО ОБЩЕСТВА.

Томъ II.

Выпускъ 2.

СЪ ГЕОГРАФИЧЕСКОЙ КАРТОЙ.



САНКТПЕТЕРБУРГЪ.
ТИПОГРАФІЯ ИМПЕРАТОРСКОЙ АКАДЕМІИ НАУКЪ.
Вас. Остр., 9 линія, № 12.
1906.

Напечатано по распоряженію Императорскаго Русскаго Археологическаго Общества.
Секретарь *В. Дружининъ.*

SCYTHICA ET CAUCASICA

E VETERIBUS SCRIPTORIBUS GRAECIS ET LATINIS

COLLEGIT ET CUM VERSIONE ROSSICA EDIDIT

BASILIUS LATYSCHEV.

VOL. II. **SCRIPTORES LATINI.** FASC. 2.

ИЗВѢСТІЯ
ДРЕВНИХЪ ПИСАТЕЛЕЙ
ГРЕЧЕСКИХЪ И ЛАТИНСКИХЪ
О СКИѲІИ И КАВКАЗѢ.

СОБРАЛЪ И ИЗДАЛЪ СЪ РУССКИМЪ ПЕРЕВОДОМЪ

В. В. ЛАТЫШЕВЪ.

ТОМЪ II. ЛАТИНСКІЕ ПИСАТЕЛИ.

ВЫПУСКЪ 2-й.

СЪ ГЕОГРАФИЧЕСКОЙ КАРТОЙ.

САНКТПЕТЕРБУРГЪ.

ТИПОГРАФІЯ ИМПЕРАТОРСКОЙ АКАДЕМІИ НАУКЪ.

Вас. Остр., 9 лин., № 12.

1906.

C. IVLIVS SOLINVS. — Г. ЮЛІЙ СОЛИНЪ.

[Съ именемъ Г. Юлія Солина дошло до насъ землеописаніе, представляющее собою компиляцію, основанную главнымъ образомъ на Naturalis Historia Плинія. По нѣкоторымъ даннымъ можно предполагать, что сочиненіе это написано въ 1-й пол. III в. по Р. Хр. См. Schanz, Gesch. d. röm. Litter. III, стр. 201 сл. — Текстъ: C. Iulii Solini Collectanea rerum memorabilium. Iterum rec. Th. Mommsen. Berol. 1895].

COLLECTANEA RERVM MEMORABILIVM.

1, 101. Apollonides perhibet in Scythia feminas nasci quae bitiae vocantur [1]): has in oculis pupillas geminas habere et perimere visu si forte quem iratae aspexerint. [hae sunt et in Sardinia].

1, 109. Rex Ponticus Mithridates duabus et viginti gentibus, quibus imperitabat, sine interprete iura dixit [2]).

2, 11. Hoc in loco [scil. Ariciae] Orestes oraculo monitus simulacrum Scythicae Dianae, quod de Taurica extulerat, priusquam Argos peteret consecravit.

2, 28. C. Coelius Aeetae tres filias dicit Angitiam Medeam Circen... Medeam ab Iasone Buthroti sepultam filiumque eius Marsis imperasse.

5, 21. Gelonium stagnum taetro odore abigit proximantes [3]). ibi et fontes duo, alter de quo si sterilis sumpserit fecundatur: alter quem si fecunda hauserit vertitur in sterilitatem.

9, 19... [Alexander Magnus] subegit Asiam Armeniam Hiberiam Albaniam... Taurum Caucasumque transgressus est... [4]).

СБОРНИКЪ ДОСТОПРИМѢЧАТЕЛЬНОСТЕЙ.

Аполлонидъ сообщаетъ, что въ Скиѳіи родятся женщины, называемыя «битіями»: онѣ имѣютъ-де въ глазахъ двойные зрачки и губятъ *своимъ* взглядомъ, если случайно на кого посмотрятъ въ гнѣвѣ. Такія *женщины* есть и въ Сардиніи.

Понтійскій царь Миѳридатъ безъ *посредства* переводчиковъ чинилъ судъ 22 племенамъ, надъ которыми властвовалъ.

Въ этомъ мѣстѣ [т. е. въ Ариціи] Орестъ по совѣту оракула посвятилъ кумиръ Скиѳской Діаны, который вывезъ изъ Таврики, прежде чѣмъ отправился въ Аргосъ.

Г. Целій говоритъ, что у Ээта *были* три дочери: Ангитія, Медея и Кирка... Медея была погребена Іасономъ въ Буѳротѣ, и сынъ ея былъ царемъ Марсовъ.

Гелонское болото отгоняетъ приближающихся *къ нему* отвратительнымъ запахомъ. Тамъ есть также два источника: одинъ *такой*, что если изъ него выпьетъ безплодная, то дѣлается плодовитою, *а* другой *такой*, что если изъ него черпнетъ плодовитая, — становится безплодною.

[Александръ Великій] покорилъ Азію, Арменію, Иверію, Албанію... перешелъ черезъ Тавръ и Кавказъ...

---

1) Cf. Plin. VII, 17 (supra, p. 187). 2) Cf. Plin. VII, 88 (supra, p. 187). 3) Haec compilavit Isidorus 13, 13, 8. 4) Cf. Plin. IV, 39 (supra, p. 169).

10, 7... deinde Haemus sex milibus passuum arduus, cuius aversa Moesiagetae Sarmatae Scythae et plurimae insidunt nationes...[1]).

Затѣмъ Эмъ вышиною въ 6000 шаговъ, задніе *склоны* котораго занимаютъ Месіагеты, Сарматы, Скиѳы и множество *другихъ* народностей.

10, 11... in parte, quam Aroteres Scythae tenuerunt[2]), celebrant quondam urbem Geraniam (Cathizon vocant barbari), unde a gruibus Pygmaeos ferunt pulsos. (12) manifestum sane est in septemtrionalem plagam hieme grues frequentissimas convolare. nec piguerit meminisse quatenus expeditiones suas dirigant.... (14) Pontum transiturae angustias captant, et quidem eas (nam promptum est oculis deprehendere) quae inter Tauricam sunt et Paphlagoniam, id est inter Carambim et Criumetopon...[3]).

...Въ той землѣ, которую занимали Скиѳы-Пахари, прославляютъ *бывшій* нѣкогда городъ Геранію (варвары зовутъ *его* Каѳизономъ), откуда, по преданію, Пигмеи были выгнаны журавлями. Достовѣрно извѣстно, что зимою журавли во множествѣ слетаются въ сѣверныя страны; не лишнимъ будетъ упомянуть, какъ они направляютъ свой полетъ... При перелетѣ черезъ Понтъ они выбираютъ наиболѣе узкія части *его* (ихъ легко схватить глазами) и именно тѣ, которыя находятся между Таврикой и Пафлагоніей, т. е. между Карамбидою и Кріуметопомъ...

12, 1. Quartus Europae sinus Hellesponto incipit, Maeoti ostio terminatur...[4]).

Четвертый европейскій заливъ начинается съ Геллеспонта, а оканчивается устьемъ Мэотиды...

12, 3. Haec profunda delphinas plurimos habent... (13) ibi praeter phocas rara belua est.[5]) plurimus thynnus in Ponto, nec alibi paene fetificant[6]): nusquam enim citius adolescunt, scilicet ob aquas dulciores. ingrediuntur veris tempore. intrant dextero litore, laevo exeunt: hoc inde accidere credunt quod dexteris oculis acutius cernant quam sinistris.

Въ этихъ пучинахъ водится множество дельфиновъ... Тамъ, кромѣ тюленей, рѣдко встрѣчаются большія *морскія* животныя. Тунцы во множествѣ *водятся* въ Понтѣ и почти не плодятся въ другихъ мѣстахъ, ибо они нигдѣ не растутъ такъ скоро, именно благодаря болѣе прѣснымъ водамъ. Вступаютъ *они туда* въ весеннее время; входятъ правою стороною, а выходятъ лѣвою; какъ полагаютъ, это происходитъ отъ того, что они лучше видятъ правыми глазами, чѣмъ лѣвыми.

13, 1. Hister Germanicis iugis oritur, effusus monte qui Rauracos Galliae aspectat. sexaginta amnes in se recipit ferme omnes navigabiles. septem ostiis Pontum influit: quorum primum Peuce, secundum

Истръ беретъ начало съ Германскихъ высотъ, изливаясь съ горы, которая обращена къ галлійскимъ Раврацамъ. Онъ принимаетъ въ себя 60 рѣкъ, *которыя* почти всѣ судоходны. Изливается

V. 2 «moesiagetae] *GHS*, moesiagathae *L*, moesi getae *AP; etiam apud Plin.* moesiagetae *exhibent codd. quidam;* inter quas gente (*scr.* Getae) sarmatae scythae *Capella (cod. Reich.);* Massagetae Sarmatae Scythae *Isidorus*». Mommsen. || V. 6 tenuerunt *supplevit M. ex Plinio*; *om. libri.* || V. 7 Geraniam: garaniam *LGP.*

1) Cf. Plin. IV, 41 (supra, p. 169). 2) Cf. Plin. IV, 44 (supra, p. 169). 3) Cf. Plin. X, 60 (supra, p. 190). 4) Cf. Plin. IV, 75 (supra, p. 169). 5) Cf. Plin. IX, 50 (supra, p. 190). 6) Cf. Plin. IX, 47 (supra, p. 190).

Naracustoma, tertium Calonstoma, quartum Pseudostoma; nam Borionstoma ac deinde Spilonstoma languidiora sunt ceteris, septimum vero pigrum ac palustri specie non habet quod amni comparetur. priora quattuor ita magna sunt ut per longitudinem quadraginta milium passuum non misceantur aequori dulcemque haustum incorrupto detineant sapore [1]).

въ Понтъ семью устьями: изъ нихъ первое *называется* Певка, второе — Наракское, третье — Прекрасное, четвертое — Ложное; ибо Сѣверное и затѣмъ Спилонстома *текутъ* медленнѣе прочихъ, а седьмое, стоячее и подобное болоту, не можетъ быть и сравниваемо съ рѣкой. *Зато* первыя четыре такъ велики, что не смѣшиваются съ морской водой на протяженіи 40000 шаговъ и удерживаютъ въ неприкосновенности свой прѣсный вкусъ.

13, 2. Per universum Pontum fiber plurimus, quem alio vocabulo dicunt castorem. lytris similis est, animal morsu potentissimum, adeo ut cum hominem invaserit, conventum dentium non prius laxet quam concrepuisse persenserit fracta ossa. testiculi eius adpetuntur in usum medellarum: idcirco cum urgeri se intellegit, ne captus prosit, ipse geminos suos devorat [2]).

По всему Понту въ изобиліи *водится* бобръ, котораго иначе называютъ касторомъ. Онъ похожъ на выдру и чрезвычайно крѣпко кусается, такъ что если нападетъ на человѣка, то не разжимаетъ стиснутыхъ зубовъ, пока не почувствуетъ хрустѣнія сломанныхъ костей. Его шулята употребляются для изготовленія лѣкарствъ; поэтому, когда онъ замѣтитъ преслѣдованіе, то самъ пожираетъ свои «двойники», чтобы *никому* не доставить пользы въ случаѣ поимки.

13, 3. Mittit Pontus et gemmas quas a patria Ponticas dicimus genere diverso: aliae aureas, aliae sanguineas habent stellas, et hae quidem inter sacras habentur: nam quae ostentationi potius quam usui deliguntur, non guttis aspersae sunt, sed longis colorum ductibus liniuntur [3]).

Съ Понта доставляются также дорогіе камни, которые мы по происхожденію называемъ Понтійскими. Виды ихъ различны: одни имѣютъ золотыя, другіе — кровавыя звѣздочки, и послѣдніе считаются священными; ибо тѣ *камни*, которые выбираются ради тщеславія, а не для употребленія, не усѣяны каплями, а обрисовываются длинными полосами *разныхъ* цвѣтовъ.

14, 1. Hypanis oritur inter Auchetas [4]) Scythicorum amnium princeps, purus et haustu saluberrimus, usque dum Callipidum terminis inferatur, ubi fons Exampaeus infamis est amara scaturrigine: qui Exampaeus liquido admixtus fluori amnem vitio suo vertit, adeo ut dissimilis sibi in maria fundatur. (2) ita inter gentium opiniones fama de Hypane discordat: qui in principiis eum norunt, praedicant, qui in fine experti sunt, non iniuria execrantur.

Ипанидъ, главнѣйшая изъ скиѳскихъ рѣкъ, беретъ начало въ *землѣ* Авхетовъ; *вода* его чиста и чрезвычайно здорова для питья, пока онъ не входитъ въ предѣлы Каллипидовъ, гдѣ есть источникъ Эксампей, пользующійся дурною славой за *свою* горькую воду. Этотъ Эксампей, соединившись съ чистою водою, заражаетъ собою *всю* рѣку, такъ что она изливается въ море не похожая *сама* на себя [т. е., совершенно измѣнивъ вкусъ воды]. Поэтому мнѣнія разныхъ народовъ объ Ипанидѣ различны: *тѣ*, которые знаютъ его въ верховьяхъ, хвалятъ, а испытавшіе въ низовьяхъ справедливо проклинаютъ.

V. 3 «spilonstoma *LGHSA Dicuil;* stoma (*om.* spilon) *P*, *ubi superscr.* vel stenon; stenostoma *Ammianus;* spireonstoma *libri Pliniani; debuit esse* psilonstoma *testibus Ptolemaeo* 3, 10, 4, *Arriano peripl.* 31, 35, *Anon. peripl. ponti Eux.* 63». Mommsen.

1) Cf. Plin. IV, 79 (supra, p. 171). 2) Cf. Plin. VIII, 109 (supra, p. 188).

3) Cf. Plin. XXXVII, 179. 4) Cf. Plin. IV, 88 (supra, p. 173); Mela II, 1, 7 (supra, p. 121).

15, 1. Apud Neuros nascitur Borysthenes flumen [1]), in quo pisces egregii saporis et quibus ossa nulla sunt nec aliud quam cartilagines tenerrimae. (2) verum Neuri, ut accepimus, statis temporibus in lupos transfigurantur, deinde exacto spatio, quod huic sorti adtributum est, in pristinam faciem revertuntur. (3) populis istis deus Mars est: pro simulacris enses coluntur: homines victimas habent. ossibus adolent ignes focorum. Geloni ad hos proximant. de hostium cutibus et sibi indumenta faciunt et equis suis tegmina. Gelonis Agathyrsi conlimitantur, caerulo picti, fucatis in caerulum crinibus, nec hoc sine differentia: nam quanto quis anteit, tanto propensiore nota tinguitur, ut sit indicium humilitatis minus pingi.

Въ землѣ Невровъ беретъ начало рѣка Борисѳенъ, въ которой *водятся* очень вкусныя рыбы, въ которыхъ вовсе нѣтъ костей, а только очень нѣжные хрящи. А Невры, какъ намъ извѣстно, въ опредѣленныя времена превращаются въ волковъ и затѣмъ по истеченіи срока, который положенъ для этого жребія, принимаютъ прежній видъ. У этихъ народовъ богомъ *считается* Марсъ; вмѣсто кумировъ чтутся мечи; людей они приносятъ въ жертву; огни на очагахъ поддерживаютъ костями. Ближайшіе ихъ сосѣди — Гелоны. Они изъ кожъ *убитыхъ* враговъ выдѣлываютъ какъ одежды для себя, такъ и чапраки для своихъ коней. Съ Гелонами граничатъ Агаѳирсы, разрисованные синей краской и съ выкрашенными въ синій *цвѣтъ* волосами, притомъ не безъ различія: чѣмъ кто знатнѣе, тѣмъ гуще онъ красится, такъ что менѣе *густая* окраска служитъ знакомъ низкаго происхожденія.

(4). Post Anthropophagi, quibus execrandi cibi sunt humana viscera [2]): quem morem impiae gentis adiacentium terrarum prodit tristissima solitudo, quas ob nefarium ritum finitimae nationes profugae reliquerunt. ea causa est quod usque ad mare quod Tabin vocant per longitudinem eius orae quae aestivo orienti obiacet, sine homine terra sit et inmensa deserta, quoad perveniatur ad Seras [3]). (5) Chalybes et Dahae in parte Asiaticae Scythiae crudelitate ab inmanissimis nihil discrepant. at Albani in ora agentes, qui posteros se Iasonis credi volunt, albo crine nascuntur, canitiem habent auspicium capillorum: ergo capitis color genti nomen dedit. glauca oculis inest pupula: ideo nocte plus quam die cernunt [4]).

Затѣмъ *слѣдуютъ* Антропофаги (Людоѣды), для которыхъ человѣческія внутренности служатъ отвратительной пищей. Этотъ обычай нечестиваго народа выдаетъ печальное безлюдье прилежащихъ земель, которыя покинули сосѣдніе народы, бѣжавшіе изъ-за *этого* гнуснаго обычая. Въ этомъ *заключается* причина того, что до самаго моря, называемаго Табисъ, по *всей* длинѣ побережья, обращеннаго къ лѣтнему востоку, лежатъ безлюдныя земли и обширнѣйшія пустыни, пока не придешь къ Серамъ. Халивы и Даги въ азіатской части Скиѳіи своей кровожадностью нисколько не отличаются отъ самыхъ дикихъ *народовъ*. Албанцы, живущіе на берегу и считающіе себя потомками Іасона, родятся съ бѣлыми волосами, и сѣдину ихъ считаютъ добрымъ знаменіемъ; такимъ образомъ цвѣтъ головы далъ имя народу. Въ глазахъ *у нихъ* сѣрый зрачокъ; поэтому они ночью видятъ лучше, чѣмъ днемъ.

(6) Apud hos populos nati canes feris anteponuntur, frangunt tauros, leones premunt, detinent quicquid obiectum est: ex quibus causis meruerunt etiam annalibus

Собаки у этихъ народовъ выступаютъ противъ дикихъ звѣрей, одолѣваютъ быковъ, побѣждаютъ львовъ и удерживаютъ *зубами* все, что *имъ* попадется; по этимъ

V. 5 «statis] *Salm. ex Mela*: Neuris statum tempus est; aestatis *libri, etiam Dic.*» M.
1) Cf. Plin. IV, 88; Mela II, 1, 6 sq. 2) Cf. Plin. VI, 53 (supra, p. 185). 3) Cf. cap. 50, 4) Cf. Plin. VI, 38 (supra, p. 184); VII, 12 (p. 186).

tradi. (7) legimus petenti Indiam Alexandro a rege Albaniae duos missos, quorum alter sues sibi et ursos oblatos usque eo sprevit, ut offensus degeneri praeda ignavo similis diu accubaret: quem per ignorantiam velut inertem Alexander extingui imperavit. alter vero monitu eorum qui donum prosecuti fuerant leonem missum necavit: mox viso elephanto notabiliter exultans, beluam primum astu fatigavit, deinde cum summo spectantium horrore terrae adflixit [1]). hoc genus canes crescunt ad formam amplissimam, terrificis latratibus ultra rugitus insonantes...

причинамъ они заслужили даже упоминанія въ лѣтописяхъ. Мы читали, что двѣ *такія собаки* были посланы царемъ Албанскимъ Александру во время похода *его* на Индію. Одна изъ нихъ съ такимъ презрѣніемъ отнеслась къ выпущеннымъ на нее кабанамъ и медвѣдямъ, что, обиженная недостойной *ея* добычей, долго лежала съ лѣнивымъ видомъ. Александръ, не понимая, *въ чемъ дѣло*, приказалъ убить ее, какъ негодную. Другая умертвила льва, выпущеннаго *на нее* по совѣту тѣхъ, которые привезли ее въ даръ *царю*. Затѣмъ, увидѣвъ слона, она стала дѣлать огромные прыжки, сначала утомила животное хитрыми увертками и затѣмъ повалила на землю къ величайшему ужасу зрителей. Эта порода собакъ достигаетъ огромныхъ размѣровъ и своимъ страшнымъ лаемъ заглушаетъ *даже* ревъ *быковъ*...

15, 13. Inter Anthropophagos in Asiatica parte numerantur Essedones qui et ipsi nefandis funestantur inter se cibis. Essedonum mos est parentum funera prosequi cantibus et proximorum corrogatis coetibus corpora ipsa dentibus lancinare ac pecudum mixta carnibus dapes facere: capitum etiam ossa auro incincta in poculorum tradere ministerium.

Среди Антропофаговъ въ азіатской части числятся Есседоны, которые также оскверняются гнусною пищею. У Есседоновъ есть обычай сопровождать погребеніе родителей пѣснями и, созвавъ собранія ближайшихъ *родственниковъ*, разрывать зубами самые трупы *умершихъ* и, смѣшавъ ихъ съ мясомъ домашняго скота, устраивать пиршества, а кромѣ того обдѣлывать въ золото кости череповъ и употреблять ихъ въ качествѣ чашъ для питья.

(14) Scythotauri pro hostiis caedunt advenas. Nomades pabula secuntur. Georgi in Europa siti agros exercent. Asiatae perinde in Europa siti neque mirantur aliena neque sua diligunt. Satarchae usu auri argentique damnato in aeternum se a publica avaritia vindicarunt [2]). (15) Scytharum interius habitantium asperior ritus est: specus incolunt: pocula non ut Essedones, sed de inimicorum capitibus moliuntur: amant proelia: interemptorum cruorem e vulneribus ipsis bibunt: numero caedium honor crescit, quarum expertem esse apud eos probrum est: (16) haustu mutui san-

Скиѳотавры рѣжутъ пришельцевъ для жертвоприношенія. Номады переходятъ на *разныя* пастбища. Георги, живущіе въ Европѣ, занимаются земледѣліемъ. Аксіаки, также живущіе въ Европѣ, не завидуютъ чужому и не цѣнятъ своего. Сатархи, осудивъ употребленіе золота и серебра, навсегда освободили себя отъ общественной жадности. У Скиѳовъ, живущихъ далѣе внутрь *страны*, образъ жизни болѣе суровый: они живутъ въ пещерахъ; чаши выдѣлываютъ не такъ, какъ Есседоны, а изъ череповъ враговъ; любятъ битвы; кровь убитыхъ пьютъ изъ са-

---

V. 26. «asiatae] *HSP*, asyatae *A*, a. siatae *L*, assiatae *G;* Asiacae *Melae lib. Vat. ut libri Pliniani* 4, 82; Axiacae *Salmasius;* cf. Πασιάκης *Ptol.* 3, 5, 11 *et* Ἀξιάκης *Ptol.* 3, 5, 18. 3, 10, 14». Mommsen.

1) Cf. Plin. VIII, 149, 150 (supra, p. 189).

2) Cf. Mela II, 1, 10 sq. (supra, p. 122).

guinis foedus sanciunt non suo tantum more, sed Medorum quoque usurpata disciplina... (17) Colchorum urbem Dioscuriadem Amphitus et Cercius aurigae Castoris et Pollucis condiderunt [1]), a quibus Heniochorum gens exorta est.

мыхъ ранъ; съ числомъ убійствъ увеличивается слава, а быть свободнымъ отъ нихъ [т. е. никого не убить] у нихъ считается позоромъ. Договоры они освящаютъ взаимнымъ высасываніемъ крови, не по своему только обычаю, но и по заимствованному у Мидянъ ученію... (17) Колхидскій городъ Діоскуріаду основали возницы Кастора и Поллукса Амфитъ и Керкій, отъ которыхъ произошло племя Иніоховъ.

15, 18. Ultra Sauromatas in Asia sitos, qui Mithridati latebram et quibus originem Medi dederunt, confines sunt Thali his nationibus quas ab oriente contingunt Caspii maris fauces [2]): quae fauces mirum in modum maciantur imbribus, crescunt aestibus. (19) Heniochorum montes Araxen, Moschorum Phasidem fundunt. sed Araxes brevibus intervallis ab Euphratis ortu caput tollit ac deinde in Caspium fertur mare. (20) Arimaspi circa Gesclithron positi unioculа gens est. [3]) ultra hos et Riphaeum iugum regio est assiduis obsessa nivibus: Pterophoron dicunt, quippe casus continuantium pruinarum quiddam ibi exprimit simile pinnarum. (21) damnata pars mundi et a rerum natura in nubem aeternae caliginis mersa ipsisque prorsus aquilonis conceptaculis rigentissima. sola terrarum non novit vices temporum nec de caelo aliud accipit quam hiemem sempiternam [4]).

За живущими въ Азіи Савроматами, которые дали убѣжище Миѳридату и происходятъ отъ Мидянъ, Ѳалы граничатъ съ тѣми племенами, которыя на востокѣ достигаютъ устьевъ Каспійскаго моря; эти устья удивительнымъ образомъ бѣднѣютъ водою при дождяхъ и наполняются *ею* при жарахъ. Иніохскія горы изливаютъ Араксъ, а Мосхійскія—Фасидъ; Араксъ беретъ начало на небольшомъ разстояніи отъ истоковъ Евфрата и затѣмъ течетъ въ Каспійское море. Аримаспы, живущіе около Гесклиѳра, суть одноглазое племя. За ними и хребтомъ Рифейскимъ есть страна, покрытая вѣчными снѣгами. *Ее* называютъ Птерофоромъ (Пероносною), потому что тамъ постоянно падающій снѣгъ представляетъ собою что-то похожее на перья. *Это*—осужденная часть свѣта, погруженная природою въ тучу вѣчнаго мрака и совершенно оцѣпенѣвшая отъ самыхъ вмѣстилищъ Аквилона: единственная земля, *которая* не знаетъ смѣны временъ *года* и *ничего* другого не получаетъ отъ неба, кромѣ постоянной зимы.

15, 22. In Asiatica Scythia terrae sunt locupletes, inhabitabiles tamen: nam cum auro et gemmis affluant, grypes tenent universa, alites ferocissimi et ultra omnem rabiem saevientes. quorum inmanitate obsistente ad venas divites accessus rarus est: quippe visos discerpunt, velut geniti ad plectendam avaritiae temeritatem [5]). (23) Arimaspi cum his dimicant ut intercipiant lapides, quorum non aspernabimur persequi qualitatem. smaragdis hic locus

Въ Азіатской Скиѳіи есть земли богатыя, но необитаемыя: онѣ изобилуютъ золотомъ и дорогими каменьями, но всѣмъ *тамъ* владѣютъ грифы, весьма свирѣпыя и доходящія до крайняго бѣшенства птицы; вслѣдствіе ихъ свирѣпости доступъ къ богатымъ жиламъ рѣдокъ: онѣ растерзываютъ всѣхъ, кого увидятъ, какъ бы рожденныя для наказанія безразсудной жадности. Съ ними сражаются Аримаспы, чтобы добыть камней, которыхъ качества мы не

V. 4. «Amphitus *Plinio quique ex eo pendent*, Amphistratus *Strab.* 11, 2, 12 p. 496 *et Eust. ad Dion.* 680 *et Iust.* 42, 3, 3». || Ibid. cercius] *L cum Ammiano*... telchius *Plinii codices*, frudius *vel* frandius *Iustini*, Ῥέκας Strabo et Eustathius. || V. 17. gesclithron (γῆς κλεῖθρον) *Salmasius cum Plinii ed. Dalecampiana* (gesolithron, gensclitheron, gensclithon *etc. libri*).

1) Cf. Plin. IV, 16 (supra, p. 179). 2) Cf. Plin. VI, 17, 19 (ibid.). 3) Cf. Plin. VII, 10 (supra, p. 186). 4) Cf. Plin. IV, 88 (supra, p. 173). 5) Cf. Plin. VII, 10.

patria est, quibus tertiam inter lapides dignitatem Theophrastus dedit: nam licet sint et Aegyptii et Chalcedonii et Medici et Laconici, praecipuus est honor Scythicis...[1]).

премипемъ описать. Эта мѣстность — родина смарагдовъ, которымъ Ѳеофрастъ далъ третье *мѣсто по* достоинству между камнями. Хотя есть *смарагды* и эгипетскіе, и халкидонскіе, и мидійскіе, и лаконскіе, по въ особенной чести скиѳскіе...

(28) et cyancus e Scythia est, optimus si caerulo coruscabit...[2]) (29) istic et crystallus, quem licet pars maior Europae et particula Asiae subministret, pretiosissimum tamen Scythia edit...[3]).

И лазурный камень также *происходитъ* изъ Скиѳіи; онъ считается самымъ лучшимъ, если отливаетъ голубымъ... Здѣсь и *горный* хрусталь, который, правда, добывается въ большей части Европы и небольшой части Азіи, но самый цѣнный доставляетъ Скиѳія...

16, 1. Fabulae erant Hyperborei et rumor irritus, si quae illinc ad hos usque fluxerunt, temere forent credita: sed cum probissimi auctores et satis vero idonei sententias pares faciant, nullus falsum reformidet. de Hyperboreis rem loquemur. incolunt pone Pterophoron, quem ultra aquilonem accepimus iacere. (2) gens beatissima. eam Asiae quidam magis quam Europae dederunt. alii statuunt mediam inter utrumque solem, antipodum occidentem et nostrum renascentem: quod aspernatur ratio, tam vasto mari duos orbes interfluente. sunt igitur in Europa. (3) apud quos mundi cardines esse credunt et extimos siderum ambitus, semestrem lucem, aversum una tantum die solem: quamquam existant qui putent non cotidie ibi solem ut nobis, sed vernali aequinoctio exoriri, autumnali occidere: ita sex mensibus infinitum diem, sex aliis continuam esse noctem. de caelo magna clementia: aurae spirant salubriter: nihil noxium flatus habent. domus sunt nemora vel luci; in diem victum arbores subministrant. (4) discordiam nesciunt: aegritudine non inquietantur; ad innocentiam omnibus aequale votum. mortem accersunt et voluntario interitu castigant obeundi tarditatem: (5) quos satietas vitae tenet, epulati delibutique de rupe nota praecipitem casum in maria destinant: hoc sepulturae genus optimum arbitrantur. (6) aiunt etiam solitos per virgines probatissimas primitiva frugum Apollini Delio missitare: verum hae quoniam perfidia hospitum non inliba-

Объ Ипербореяхъ ходили басни и ложные слухи, такъ что напрасно было бы вѣрить тому, что достигало оттуда до насъ; но когда вполнѣ честные и достаточно достовѣрные писатели сообщаютъ одинаковыя свѣдѣнія, никто не долженъ бояться лжи. *Итакъ*, мы сообщимъ объ Ипербореяхъ; живутъ они за «Перовосною» *страною*, которая, какъ мы знаемъ, лежитъ по ту сторону Аквилона. Это — блаженнѣйшій народъ; нѣкоторые относятъ его скорѣе къ Азіи, чѣмъ къ Европѣ; другіе полагаютъ, *что онъ живетъ* посрединѣ между двумя солнцами: антиподнымъ заходящимъ и нашимъ восходящимъ; но этого не допускаетъ разумъ, такъ какъ между двумя *частями* свѣта разлито столь обширное море; стало быть, они находятся въ Европѣ. Полагаютъ, что у нихъ находятся міровыя оси и крайніе обходы созвѣздій, шестимѣсячный свѣтъ и заходящее на одинъ только день солнце; хотя нѣкоторые думаютъ, что тамъ солнце *восходитъ и заходитъ* не ежедневно, какъ у насъ, но въ весеннее равноденствіе восходитъ, а въ осеннее заходитъ: такимъ образомъ *въ теченіе* шести мѣсяцевъ продолжается безконечный день, а въ другіе шесть — постоянная ночь. Климатъ тамъ очень мягкій, вѣтры дуютъ цѣлебно: *ихъ* дуновеніе не имѣетъ ничего вреднаго; жилищами служатъ лѣса или рощи, ежедневную пищу доставляютъ деревья. *Жители* не знаютъ раздоровъ, не тревожатся скорбью, у всѣхъ одинаковый обѣтъ не-

V. 17: «gens beatissima, *quod in orationis tenorem non recte receptum est, remansit ex iis quae proxime praecedunt apud Plinium* 4, 90: hoc genus sepulturae beatissimum». Mommsen.

1) Sequitur descriptio smaragdi. Cf. Plin. XXXVII, 65 (supra, p. 199). 2) Cf. Plin. XXXVII, 119 (supra, p. 200). 3) Sequitur descriptio crystalli. Cf. Plin. XXXVII, 23.

tae revenissent, devotionis quam peregre prosequebantur pontificium mox intra fines suos receperunt [1]).

виновности. Они призываютъ смерть и исправляютъ ея запоздалость добровольной гибелью: если кто пресытится жизнью, тѣ, угостившись яствами и питіями, стремглавъ бросаются въ море съ извѣстной скалы: такой родъ погребенія *они* считаютъ наилучшимъ. Говорятъ еще, что они имѣли обычай посылать Аполлону Дилосскому начатки плодовъ съ наиболѣе чтимыми дѣвицами; но такъ какъ онѣ, вслѣдствіе вѣроломства гостепріимцевъ, не возвращались нерастлѣнными, то они скоро ограничили своими предѣлами исполненіе обѣта, который совершали на чужбинѣ.

17, 1. Altera in Asia gens est ad initium orientis aestivi, ubi deficiunt Riphaeorum montium iuga. Hyperboreis similes dicunt Arimphaeos. et ipsi gaudent frondentibus arbustorum: bacas edunt. iuxta viros et feminas taedet crinium; uterque sexus comas tondent. amant quietem, non amant laedere. (2) sacri habentur attrectarique eos etiam a ferocissimis nationibus nefas ducitur. quicumque periculum a suis metuit, si ad Arimphaeos transfugerit tutus est, velut asylo tegatur. (4) ultra hos Cimmerii et gens Amazonum porrecta ad Caspium mare, quod dilapsum per Asiaticae plagae terga Scythicum inrumpit Oceanum [2]).

Есть другое племя въ Азіи у начала лѣтняго востока, гдѣ кончаются хребты Рифейскихъ горъ. Говорятъ, что Аримфеи подобны Ипербореямъ. Они также наслаждаются зеленью кустарниковъ *и* питаются ягодами. *Какъ* мужчины, *такъ* и женщины не любятъ длинныхъ волосъ: оба пола *коротко* стригутъ волосы. Они любятъ покой, не любятъ вредить *другимъ*. Они считаются священными и трогать ихъ даже у самыхъ свирѣпыхъ народностей признается грѣхомъ. Всякій, кто боится опасности у своихъ, — безопасенъ, если перебѣжитъ къ Аримфеямъ, какъ бы укрытый въ *священномъ* убѣжищѣ. За ними *живутъ* Киммерійцы и племя Амазонокъ, простирающееся до Каспійскаго моря, которое, разлившись въ тылу Азіатской земли, изливается въ Скиѳскій океанъ.

19, 1. ...Ante Borysthenem Achillis insula est cum aede sacra, quam aedem nulla ingreditur ales: et quae forte advolaverit, raptim fugam properat [3]). (2) Oceanum septemtrionalem ex ea parte, qua a Propanisso amne Scythia adluitur, Hecataeus Amalcium appellat, quod gentis illius lingua significat congelatum. Philemon a Cimbris ad promunturium Rubeas Morimarusam dicit vocari, hoc est mortuum mare: ultra Rubeas quicquid est Cronium nominat [4]).

...Передъ Борисѳеномъ есть островъ Ахилла съ священнымъ храмомъ, въ который не залетаетъ ни одна птица; а которая случайно залетитъ, немедленно удаляется. Сѣверный океанъ въ той части, которою омывается Скиѳія отъ рѣки Пропанисса, Екатэй называетъ Амалкійскимъ, что на языкѣ туземцевъ означаетъ замерзшій. Филимонъ говоритъ, что *этотъ океанъ* отъ *земли* Кимвровъ до мыса Рубея зовется Моримаруса, т. е. Мертвое море, а всю *часть его*, которая находится за Рубеемъ, *онъ* называетъ Кроновымъ *моремъ*.

---

1) Cf. Plin. IV, 89—91 (supra, p. 174). 2) Cf. Plin. IV, 34—36 (supra, p. 183). 3) Cf. Plin. IV, 93 et X, 78 (supra, p. 175 et 191). 4) Cf. Plin. IV, 94, 95 (supra, p. 176).

3. Mare autem Caspium ex altero Ponti latere ultra Massagetas et Apalaeos Scythas esse in Asiatica plaga dulce Alexandro Magno probatum est, mox Pompeio Magno, qui bello Mithridatico, sicut commilito eius Varro tradit, ipsis haustibus periclitari fidem voluit. (4) id evenire produnt e numero fluminum, quorum tanta copia ibi confluit, ut naturam maris vertant. non omiserim quod per idem tempus eidem Magno licuit ex India diebus octo ad Bactros usque Dalierum flumen, quo influit Oxum amnem, pervenire, deinde mare Caspium, inde per Caspium ad Cyri amnis penetrare fluentum, qui Armeniae et Hiberiae fines interluit. (5) itaque a Cyro diebus non amplius quinque itinere terreno subvectis navibus ad alveum Phasidis pertendit: per cuius excursus in Pontum usque Indos advehi liquido probatum est [1]). (6) auctor est Xenophon Lampsacenus a litore Scytharum in insulam Abalciam triduo navigari: eius magnitudinem inmensam et paene similem continenti: nec longe Oaeones separari, quos qui habitent vivant ovis avium marinarum et avenis vulgo nascentibus: (7) perinde alias propter constitutas aeque insulas, quarum Hippopodes indigenae humana usque ad vestigium forma in equinos pedes desinunt: (8) esse et Phanesiorum, quorum aures adeo in effusam magnitudinem dilatentur, ut reliqua viscerum illis contegant nec amiculum aliud sit quam ut membra membranis aurium vestiant [2]).

Каспійское море съ другой стороны Понта за Массагетами и Скиѳами-Апалеями въ Азіатской землѣ отличается прѣсною водою; это испытано Александромъ Великимъ, а затѣмъ Помпеемъ Великимъ, который во время Миѳридатовской войны, какъ передаетъ его сослуживецъ Варронъ, пожелалъ лично [досл. самими глотками] удостовѣриться *въ этомъ*. Полагаютъ, что это происходитъ отъ *большого* числа рѣкъ, которыя изливаются туда въ такомъ количествѣ, что измѣняютъ природныя свойства моря. Не умолчу, что въ то же время тому же Великому удалось въ 8 дней пройдти изъ Индіи въ Бактрію до рѣки Даліера, гдѣ она впадаетъ въ р. Оксъ, затѣмъ къ Каспійскому морю, *а* оттуда черезъ Каспій проникнуть къ теченію р. Кира, которая течетъ по границѣ Арменіи и Иверіи. Отъ Кира онъ не болѣе какъ въ 5 дней прибылъ къ руслу Фасида сухимъ путемъ, волоча *съ собою* суда. Его походами доказано, что къ Понту *можно* проѣхать изъ Индіи по водѣ. Ксенофонтъ Лампсакскій свидѣтельствуетъ, что отъ Скиѳскаго побережья три дня морскаго пути до острова Абалкіи; островъ этотъ — огромной величины и почти похожъ на материкъ; недалеко отдѣлены Оеоны, жители которыхъ питаются яицами морскихъ птицъ и дико растущими злаками; далѣе другіе, одинаково расположенные острова, туземные *жители* которыхъ Иппоподы (Коненогіе), у которыхъ человѣкоподобныя до слѣда тѣла оканчиваются лошадиными ногами. Есть и *острова* Фанесіевъ, у которыхъ уши расширяются до такой огромной величины, что они закрываютъ ими все остальное тѣло и не имѣютъ другой одежды, кромѣ того, что одѣваютъ члены кожею ушей.

9. Antequam digrediamur a Scythia, religio est praeterire, quaenam peculiares sint ferae Scythiae. cervi plurimi in hac terra: igitur cervos persequemur. mares generis huiusce cum statum tempus venerem incitavit, saeviunt rabie libidinis. (10) feminae licet prius conserantur, non

Прежде чѣмъ разстаться со Скиѳіей, было бы грѣшно обойдти *молчаніемъ*, какія животныя свойственны Скиѳіи. Въ этой землѣ *водятся* въ огромномъ количествѣ олени; итакъ, займемся оленями. Самцы этой породы при наступленіи опредѣленнаго времени течки, бываютъ очень буйны

V. 12: Scripturae varietatem ignoti nominis *Dalierum* v. in ed. Momms. Cf. Plin. 6, 52: in Bactros VII diebus ex India perveniri ad Iacrum flumen quod in Oxum influat. «*Scripsitne Solinus* usque ad alterum flumen quod?» Mommsen.

1) Cf. Plin. VI, 50—52 (supra, p. 185). 2) Cf. Plin. IV, 95 (supra, p. 176).

concipiunt ante Arcturi sidus. nec qualibet partus suos educant. teneros studio occulunt et absconditos inter profunda fruticum vel herbarum pedum verbere castigant ad latendum. (11) cum maturuit ad fugam robur, exercitio docent cursus et adsuescunt salire per abrupta. acceptis canum latratibus secundo vento vias dirigunt, ut odor cum ipsis recedat. mirantur sibilum fistularum: rectis auribus acutissime audiunt, submissis nihil. stupent omnia: propterea facilius obvios se praebent sagittantibus. (12) si maria tranent, non aspectu petunt litora, sed olfactu: infirmos ponunt in ultimo et lassorum capita clunibus per vices sustinent. e cornibus quod dextrum fuerit efficacius est ad medellam: (13) si fugare angues gestias, utrum velis ures, quae ustrina praeterea nidore vitium aperit ac detegit, si cui inest morbus comitialis. pro aetate ramos augent. id incrementum in sexennes perseverat: deinceps numerosiora non possunt fieri cornua, possunt crassiora: (14) quae quidem castratis numquam crescunt, nec tamen decidunt. (15) dentes monstrant senectutem, cum aut pauci inveniuntur aut nulli. serpentem hauriunt et spiritu narium extrahunt de latebris cavernarum. dictamnum ipsi prodiderunt, dum eo pasti excutiunt accepta tela. (16) herbam quoque quam cinarem vocant contra noxia edunt gramina. adversus venena mirificum est innulei coagulum occisi in matris suae utero. patuit numquam eos febrescere, quam ob causam confecta ex medullis eorum unguina sedant calores hominum languentium. (17) legimus plurimos matutinis diebus cervinam carnem degustare solitos sine febribus longaevos fuisse; quod demum proderit si uno vulnere fuerint interempti. ad dinoscendam vivacitatem Alexander Magnus torques plurimis cervis innexuit, qui post annum centesimum capti necdum senii indicium praeferebant [1]).

1) Cf. Plin. VIII, 112—119.

отъ полового возбужденія. Самки, хотя бы были оплодотворены раньше, не зачинаютъ до звѣзды Арктура. Дѣтенышей заботливо воспитываютъ. Маленькихъ старательно прячутъ и, скрывъ въ густыхъ кустарникахъ или въ травѣ, ударами ногъ побуждаютъ прятаться. Когда сила *ихъ* окрѣпнетъ для бѣганья, *онѣ* упражняютъ ихъ въ бѣгѣ и пріучаютъ прыгать чрезъ кручи. Услышавъ собачій лай, направляютъ бѣгъ по вѣтру, чтобы запахъ удалялся вмѣстѣ съ ними. Любятъ свистъ флейтъ; съ поднятыми ушами слышатъ отлично, съ опущенными — ничего *не слышатъ*. Отличаются любопытствомъ ко всему; поэтому легко идутъ на встрѣчу охотникамъ. Переплывая моря, ищутъ берега не зрѣніемъ, а обоняніемъ; слабыхъ помѣщаютъ сзади и попеременно поддерживаютъ на крупахъ головы утомленныхъ. Изъ роговъ тотъ, который былъ правымъ, дѣйствительнѣе въ качествѣ лѣкарства. Если желаешь прогнать змѣй, сожги любой *рогъ;* это жженіе, кромѣ того, своимъ смрадомъ открываетъ порокъ, если у кого есть падучая болѣзнь. Число вѣтвей *на рогахъ* увеличивается съ лѣтами; это увеличеніе продолжается до 6 лѣтъ; послѣ того рога не могутъ быть вѣтвистѣе, но могутъ *быть* толще. У холощенныхъ *самцовъ* рога никогда не растутъ, но и не отпадаютъ. Зубы показываютъ старость, когда ихъ мало, или совсѣмъ нѣтъ. Они ѣдятъ змѣй и дыханіемъ ноздрей извлекаютъ ихъ изъ глубокихъ норъ. Они сами выдали ясенецъ, такъ какъ, поѣвъ его, выбрасываютъ полученныя стрѣлы. Кромѣ того, они ѣдятъ противъ вредныхъ растеній траву, называемую cinaris. Противъ ядовъ удивительно полезно творожистое вещество плода, убитаго въ утробѣ матери. Было открыто, что они никогда не страдаютъ лихорадкой, и по этой причинѣ мази, составленныя изъ ихъ мозговъ, умѣряютъ жаръ больныхъ людей. Мы читали, что очень многіе люди, имѣвшіе привычку по утрамъ ѣсть оленину, были долговѣчны безъ лихорадокъ; но это помогаетъ только *въ такомъ случаѣ*, если *олени* погибли отъ одной раны. Для опредѣленія живучести Александръ Великій на-

дѣлъ оштейники на множество оленей, которые, будучи пойманы чрезъ сто лѣтъ, еще не обнаруживали признаковъ старости.

(19) Eadem paene specie sunt quos tragelaphos dicunt, sed non alibi quam circa Phasidem apparent: tantum quod illi villosos habent armos et menta promissis hirta barbis [1]).

Почти такой же видъ имѣютъ такъ называемые трагелафы (козлы-олени), но они нигдѣ не водятся, кромѣ какъ по Фасиду; они имѣютъ только косматыя лопатки и длинныя бороды.

20. Mons Saevo ipse ingens nec Riphaeis minor collibus initium Germaniae facit. Inguaeones tenent, a quibus primis post Scythas nomen Germanicum consurgit [2]). (2) dives virum terra, frequens populis numerosis et inmanibus. extenditur inter Hercynium saltum et rupes Sarmatarum. ubi incipit Danuvio, ubi desinit Rheno perfunditur. [3]) de internis eius partibus Alba Guthalus Vistla amnes latissimi praecipitant in Oceanum [4])....

Гора Сэво, также огромная и не меньшая Рифейскихъ горъ, составляетъ начало Германіи. Ее занимаютъ Ингвэоны, отъ которыхъ первыхъ послѣ Скиѳовъ начинается имя Германцевъ. Земля эта богата населеніемъ, изобилуетъ многочисленными и свирѣпыми народами. Простирается *она* между Геркинскимъ лѣсомъ и Сарматскими скалами. Въ началѣ орошается Данувіемъ, а въ концѣ—Рейномъ. Изъ внутреннихъ ея частей текутъ въ Океанъ очень широкія рѣки Альба, Гуѳалъ и Вистла.....

20, 4. in hoc tractu sane et in omni septentrionis plaga visontes frequentissimi, qui bovis feri similes, saetosi colla, iubas horridi, ultra tauros pernicitate, capti adsuescere manu nesciunt. (5) sunt et uri, quos inperitum vulgus vocant bubalos, cum bubali paene ad cervinam faciem in Africa procreentur. [5]) istis porro quos uros dicimus taurina cornua in tantum modum protenduntur, ut dempta ob insignem capacitatem inter regias mensas potuum gerula fiant [6]). (6) est et alce mulis conparanda, adeo propenso labro superiore, ut nisi recedens in posteriora vestigia pasci non queat.... [7]) (8) de germanicis insulis Gangavia maxima est, sed nihil in ea magnum praeter ipsam. Nam Glaesaria dat crystallum, dat et sucinum: quod sucinum Germani gentiliter vocant glaesum. (9) qualitas materiae istius summatim antea, Germanico autem Caesare omnes Germaniae oras scrutante conperta: arbor est pinei generis, cuius mediale autumni tempore sucino lacrimat. sucum esse arboris de nominis capessas qualitate: pinum vero, unde sit gignitum, si usseris, odor indicabit. pretium operae est scire longius, ne Padaneae silvae

Въ этой мѣстности и во всей сѣверной странѣ въ изобиліи *водятся* визонты (зубры); они похожи на дикаго быка, со щетинистой шеей, съ торчащей гривой, проворствомъ *движеній* превосходятъ быковъ, пойманные не могутъ быть приручены. Есть и уры (туры), которыхъ невѣжественная чернь зоветъ буйволами, тогда какъ буйволы, видомъ почти схожіе съ оленями, водятся въ Африкѣ. У этихъ *животныхъ*, которыхъ мы называемъ урами, бычачьи рога вырастаютъ до такой длины, что, будучи сняты, ради *своей* значительной емкости употребляются въ качествѣ сосудовъ для питья за царскими столами. Есть и лось, котораго можно сравнить съ мулами, съ такой отвислой верхней губой, что не можетъ пастись иначе, какъ отступая назадъ по своимъ слѣдамъ... Изъ германскихъ острововъ самый большой—Гангавія, но на немъ нѣтъ ничего великаго, кромѣ *его* самого. За то Глэсарія производитъ кристаллъ и янтарь, который Германцы на своемъ языкѣ называютъ glaesum. Качества этого продукта раньше *были извѣстны только* въ общихъ чертахъ, а *нынѣ* узнаны *полнѣе*

1) Cf. Plin. VIII, 120 (supra, p. 188). 2) Cf. Plin. IV, 96 (supra, p. 176). 3) Cf. Plin. IV, 80 (supra, p. 171). 4) Cf. Plin. IV, 100 (supra, p. 176). 5) Cf. Plin VIII, 38 (supra, p. 187). 6) Cf. Plin. XI, 126: Urorum cornibus barbari septentrionales potant, urnisque bina capitis unius cornua inplent. 7) Cf. Plin. VIII, 40.

credantur lapidem flevisse. (10) hanc speciem in Illyricum barbari intulerunt: quae cum per Pannonica commercia usu ad Transpadanos homines foret devoluta, quod ibi primum nostri viderant, ibi etiam natam putaverunt... (12) rude primum nascitur et corticosum, deinde incoctum adipe lactentis suis expolitur ad quem videmus nitorem. (13) pro facie habet nomina: melleum dicitur et Falernum, utrumque de similitudine aut vini aut utique mellis. in aperto est quod rapiat folia, quod trahat paleas: quod vero medeatur multis vitalium incommodis, medentium docuit disciplina. India habet sucinum, sed Germania plurimum optimumque...[1]).

при изслѣдованіи Германикомъ Цезаремъ всѣхъ побережій Германіи: есть дерево изъ породы сосенъ, сердцевина котораго въ осеннее время слезится янтаремъ. Что это древесный сокъ, можно заключить изъ самаго названія (sucinum); а если зажжешь его, то запахъ покажетъ, что онъ происходитъ изъ сосны. Стóитъ познакомиться *съ нимъ* и дальше, чтобы не вѣрили, что Падaнейскіе лѣса плакали камнями. Этотъ видъ варвары ввезли въ Иллирикъ; и когда онъ, благодаря Паннонскимъ торговымъ сношеніямъ, дошелъ до Транспаданцевъ, то наши, впервые увидѣвъ его тамъ, подумали, что онъ тамъ и добывается... Добывается онъ въ грубомъ видѣ, покрытый корою, затѣмъ варится въ салѣ молочной свиньи и полируется до *того* блеска, который мы видимъ. Онъ имѣетъ названія соотвѣтственно виду: называется медовымъ и фалернскимъ, то и другое по сходству или съ виномъ, или съ медомъ. Извѣстно, что онъ увлекаетъ *за собою* листья и притягиваетъ соломинки; а что онъ излѣчиваетъ многія тѣлесныя разстройства, это доказала врачебная наука. Индія *также* имѣетъ янтарь, но Германія *доставляетъ его* въ очень большомъ количествѣ и прекраснаго качества...

23, 15... Propontis Europam Asiamque discriminans ad Maeotidem pervenit...

23, 16... [Pontus dicitur] a moribus accolarum Euxinus, Axinus ante appellatus...[2]).

23, 17. Oras extimas Oceanus amplectitur, qui a litoribus suis Arabicus Persicus Indicus Eous Sericus Hyrcanus Caspius Scythicus Germanicus Gallicus Atlanticus Libycus Aegyptius dicitur...

...Пропонтида, раздѣляющая Европу и Азію, доходитъ до Мэотиды...

...[Понтъ называется] отъ нравовъ прибрежныхъ жителей Евксинскимъ, *а* раньше назывался Аксинскимъ.

Крайнія побережья омываетъ Океанъ, который соотвѣтственно берегамъ называется Аравійскимъ, Персидскимъ, Индійскимъ, Восточнымъ, Серскимъ, Иркaнскимъ, Каспійскимъ, Скиѳскимъ, Германскимъ, Галльскимъ, Атлантическимъ, Ливійскимъ и Эгипетскимъ...

38, 11. Mons Taurus... modo intercluditur Phoenicio, modo Pontico sinu, interdum Caspio vel Hyrcano: quibus renitenti-

Гора Тавръ... замыкается съ одной стороны Финикійскимъ заливомъ, съ другой — Понтійскимъ, отчасти *также* Кас-

1) Cf. Plin. XXXVII, 42—51 (supra, p. 199).

2) Cf. Plin. VI, 1 (supra, p. 171).

bus subinde fractus contra Maeotium lacum flectitur multisque difficultatibus fatigatus Ripaeis se iugis adnectit. (12) pro gentium ac linguarum varietate plurifariam nominatus, apud Indos Imaus, mox Propanisus, Choatras apud Parthos, post Niphates, inde Taurus atque ubi in excelsissimam consurgit sublimitatem, Caucasus. interea etiam a populis appellationem trahit: a dextero latere Caspius dicitur vel Hyrcanus, a laevo Amazonicus, Moschicus, Scythicus... (13) ubi dehiscit hiulcis iugis, facit portas, quarum primae sunt Armeniae, tum Caspiae...[1]).

пійскимъ или Иркапскимъ: упершись въ эти препятствія, онъ поворачиваетъ къ Мэотійскому озеру и, *какъ бы* утомленный многими затрудненіями, примыкаетъ къ Рипейскимъ хребтамъ. Соотвѣтственно различію племенъ и языковъ, онъ носитъ множество *различныхъ* именъ: у Индійцевъ Имай, затѣмъ Пропанисъ, у Пареянъ Хоатръ, потомъ Нифатъ, дальше Тавръ и *наконецъ* тамъ, гдѣ достигаетъ наибольшей высоты, — Кавказъ. Въ то же время онъ получаетъ названія и отъ народовъ: съ правой стороны называется Каспійскимъ или Иркапскимъ, съ лѣвой — Амазонскимъ, Мосхійскимъ, Скиескимъ... Гдѣ онъ раздвигается горными ущельями, *тамъ* образуетъ ворота, изъ коихъ первыя суть Арменскія, потомъ Каспійскія...

40, 1. [Asia] in toto orbis divortio terminos amnes habet ab Aegyptio mari Nilum, a Maeotio lacu Tanaim...

[Азія] со всѣхъ сторонъ круга имѣетъ границами рѣки: отъ Эгипетскаго моря — Нилъ, отъ Мэотійскаго озера — Танаидъ...

44, 1... Paphlagonia Carambi promunturio spectat Tauricam...

Пафлагонія мысомъ Карамвіемъ обращена къ Таврикѣ...

45, 18... mas ad bella numquam producitur apud Scythas eo quod feminae exonerare vesicas etiam in fuga possunt...[2]).

...Жеребцы у Скиеовъ никогда не употребляются [досл. выводятся] на войнѣ, потому что самки (кобылы) могутъ и на бѣгу опорожнять свой мочевой пузырь...

49, 5. Universi eius ductus dumtaxat ab illa terrarum parte Laxates fluvius secat fines, quem tamen Laxatem soli vocant Bactri: nam alii Scythae Silim nominant. hunc eundem esse Tanain exercitus Alexandri Magni crediderunt: verum Demodamas dux Seleuci et Antiochi, satis idoneus vero auctor, transvectus amnem istum, titulos omnium supergressus est aliumque esse quam Tanain deprehendit. (6) ...hoc est conliminium, in quo limes Persicus Scythis iungitur: quos Scythas Persae lingua sua Sacas dicunt et invicem Scythae Persas Chorsacos nominant montemque

По всей этой землѣ [т. е. Бактріи] съ той стороны прорѣзываетъ границы рѣка Лаксатъ, которую, впрочемъ, называютъ Лаксатомъ одни только Бактрійцы: ибо прочіе Скиеы зовутъ ее Силисомъ. Войска Александра Великаго принимали ее за одну рѣку съ Танаидомъ; но Димодамантъ, вождь Селевка и Антіоха, писатель довольно достовѣрный, переправившись черезъ эту рѣку, превзошелъ свидѣтельства всѣхъ [?] и открылъ, что это иная рѣка, чѣмъ Танаидъ... Здѣсь пограничная черта, на которой Персидская граница соединяется со Скиескою; этихъ

---

1) Cf. Plin. V, 98, 99 (ibid.). 2) Cf. Plin. VIII, 165 (supra, p. 190).

Caucasum Croucasim, id est nivibus candicantem. (7) densissima hic populorum frequentia cum Parthis legem placiti ab exordio moris incorrupta custodit disciplina: e quibus celeberrimi sunt Massagetae et Essedones, Satarchae et Apalaei. post quos, immanissimis barbaris interiacentibus, de ritu aliarum nationum paene inconstanter definitum advertimus [1]).

Скиѳовъ Персы на своемъ языкѣ называютъ Саками, а Скиѳы въ свою очередь зовутъ Персовъ Хорсаками и гору Кавказъ — Кроуказомъ, т. е. бѣлѣющимся отъ снѣговъ. Здѣсь очень густое народонаселеніе съ неподкупною чистотою хранитъ съ Парѳянами законъ искони установленныхъ отношеній; изъ этихъ *народовъ* наиболѣе извѣстны Массагеты, Есседоны, Сатархи и Апалэи. За ними, вслѣдствіе промежуточнаго поселенія грубѣйшихъ варваровъ, объ обычаяхъ другихъ племенъ мы почти не имѣемъ опредѣленныхъ свѣдѣній.

50, 1. Qua ab Scythico oceano et mari Caspio in oceanum eoum cursus inflectitur, ab exordio huiusce plagae profundae nives: mox longa deserta: post Anthropophagi gens est asperrima... [2]).

50, 1. Тамъ, гдѣ отъ Скиѳскаго океана и Каспійскаго моря путь склоняется къ Восточному океану, въ началѣ этой страны глубокіе снѣга, затѣмъ обширныя пустыни, а потомъ свирѣпѣйшее племя Антропофаговъ...

Codicum Heidelbergensis similiumque additamenta.

39, 2 (p. 222)... Continet [Asia] Colpos, Albanos, Partos, Sirtas et Hircanos. Precipuos habet montes Taurum, Olimpum et Caucasum. Flumina praecipua Indum, Tigrim, Eufraten, Idaspen, Ganges et Tanaim. *H ex Isidoro potissimum* 14, 3, 6 *sq*.

Дополненія изъ Гейдельбергской и др. рукописей.

...[Въ Азіи] живутъ Колпы, Албанцы, Парты, Сирты и Иркапы. Важнѣйшія горы въ ней — Тавръ, Олимпъ и Кавказъ. Важнѣйшія рѣки — Индъ, Тигръ, Евфратъ, Идаспъ, Гангъ и Танаидъ.

CENSORINVS.

ЦЕНЗОРИНЪ.

[Грамматикъ, жившій въ 1-й пол. III в. по Р. Хр., въ 238 г. посвятилъ Кв. Цереллію сохранившійся до насъ трудъ De die natali, въ которомъ разсуждаетъ о множествѣ вопросовъ, стоящихъ въ болѣе или менѣе близкой связи съ днемъ рожденія. — Текстъ: Censorini de die natali liber. Ad codicum denuo collatorum fidem recensuit Ioh. Cholodniak. Petrop. 1889].

DE DIE NATALI LIBER.

IV, 12. Nunc vero eo licentiae poeticae processit libido, ut vix auditu ferenda confingat: post hominum memoriam progene-

КНИГА О ДНѢ РОЖДЕНІЯ.

А нынѣ разнузданность поэтической вольности дошла до того, что измышляетъ едва выносимое для слуха: говорятъ, что

1) Cf. Plin. VI, 49—51 (supra, p. 185).

2) Cf. Plin. VI, 53 (supra, p. 185).

ratis iam gentibus et urbibus conditis homines e terra diversis modis editos, ut in Attica fertur regione Erichthonius ex Vulcani semine humo exortus, et in Colchide vel Boeotia consitis anguis dentibus armati spartoe, e quibus mutua caede inter se necatis pauci superasse traduntur, qui in conditu Thebarum Cadmo fuerint adiumento...

на памяти людей, когда уже произошли племена и были построены города, различными способами произведены изъ земли люди, какъ напр. въ Аттической области, по преданію, Эрихеоній рожденъ землею изъ сѣмени Вулкана, а въ Колхидѣ или Віотіи послѣ посѣва змѣиныхъ зубовъ — вооруженные «сѣянцы», изъ коихъ не многіе остались въ живыхъ послѣ взаимнаго избіенія и оказали помощь Кадму при построеніи Өивъ...

M. AVRELIVS OLYMPIVS NEMESIANVS.

М. АВРЕЛІЙ ОЛИМПІЙ НЕМЕСІАНЪ.

[Поэтъ, родомъ изъ Карөагена, жилъ во 2-й пол. III в. по Р. Хр. Ему приписываются разныя стихотворенія, изъ которыхъ сохранились только 4 эклоги и отрывокъ (425 ст.) стихотворенія объ охотѣ, написаннаго около 283 г. — Текстъ: Poetae latini minores. Recens. Aem. Baehrens. Vol. III. Lips. 1881].

CYNEGETICA.

СТИХОТВОРЕНІЕ ОБЪ ОХОТѢ.

V. 228 commemorantur canes, *quorum proles de sanguine manat Hibero.* Hos canes ex Iberia Asiae, non Europae intellegendos persuadet Ulitius.

PANEGYRICVS GENETHLIACVS MAXIMIANO AVGVSTO DICTVS.

ПАНЕГИРИКЪ, СКАЗАННЫЙ ВЪ ДЕНЬ РОЖДЕНІЯ МАКСИМІАНУ АВГУСТУ.

[О собраніи 12 панегирическихъ рѣчей, найденномъ въ Майнцѣ въ 1433 г. итальянцемъ Giovanni Aurispa, см. Schanz, Gesch. d. Röm. Litter. III, стр. 121 сл. Рѣчь, сказанная въ день рожденія императору Максиміану, прежде ложно приписывавшаяся Клавдію Мамертину (ср. Gensel у Pauly-Wissowa, Real-Encyclop. III, 2, ст. 273), относится къ 291 году. — Текстъ: XII panegyrici Latini. Rec. Aem. Baehrens. Lips. 1874. III].

V. Sed de rebus bellicis victoriisque vestris, sacratissime imperator, et multi summa eloquentia praediti saepe dixerunt et ego pridem... non commemoro igitur virtute vestra rempublicam dominatu saevissimo liberatam... taceo trophaea Germanica in media defixa barbaria, transeo limitem Raetiae repentino hostium clade promotum, omitto Sarmatiae vastationem...

V. Но о военныхъ дѣлахъ и побѣдахъ вашихъ, святѣйшій императоръ, часто говорили и многіе другіе, одаренные величайшимъ краснорѣчіемъ, и *самъ я говорилъ* раньше... Поэтому я не упоминаю *о томъ*, что государство вашей доблестью освобождено отъ жесточайшаго господства..., умалчиваю о германскихъ трофеяхъ, водруженныхъ въ *самомъ* центрѣ варварства, прохожу *молчаніемъ* о *томъ*, что граница Рэтіи раздвинута внезапнымъ пораженіемъ враговъ, опускаю опустошеніе Сарматіи...

VII. Laurea illa de victis accolentibus Syriam nationibus et illa Raetica et illa Sarmatica te, Maximiane, fecerunt pio gaudio tripudiare...

VII. Знаменитые лавры, *пріобрѣтенные* побѣдою надъ племенами, населяющими Сирію, а также Рэтійскіе и Сарматскіе доставили тебѣ, Максиміанъ, справедливую радость...

XVI. Illud vero... quoquo modo dicam antequam desinam: tantam esse imperii vestri felicitatem *ut* undique se barbarae nationes vicissim lacerent et excidant, alternis dimicationibus et insidiis clades suas duplicent et instaurent, Sarmaticas vestras et Raeticas et transrhenanas expeditiones furore percitae in semet imitentur. sancte Iuppiter et Hercules bone, tandem bella civilia ad gentes illa vesania dignas transtulistis omnemque illam rabiem extra terminos huius imperii in terras hostium distulistis. etenim, quod ait ille Romani carminis primus auctor: 'a sole exoriente usque ad Maeoti paludes' [1]), id nunc longius longiusque protendere licet, si qui hostilem in mutua clade vesaniam toto orbe percenseat. etenim ab ipso solis ortu non modo citra Maeotim ac sub extrema septentrionis plaga, qua fervidum caput Danuvius evolvit quaque horridus secat Albis Germaniam, sed etiam sub ipso lucis occasu... ruunt omnes in sanguinem suum populi, quibus nunquam contigit esse Romanis, obstinataeque feritatis poenas nunc sponte persolvunt.

XVI. Прежде чѣмъ окончить *свою рѣчь*, я скажу еще, какъ сумѣю, о слѣдующемъ: счастіе вашего правленія таково, что варварскія племена повсюду взаимно терзаютъ и рѣжутъ другъ друга, взаимной борьбой и козями удваиваютъ и возобновляютъ свои бѣдствія, пораженныя безуміемъ подражаютъ въ себѣ самихъ вашимъ Сарматскимъ, Рэтійскимъ и зарейнскимъ походамъ. Святой Юпитеръ и добрый Геркулесъ, наконецъ-то вы перенесли междоусобныя войны къ племенамъ, достойнымъ такого сумасбродства, и разнесли все это бѣшенство за предѣлы нашей имперіи на непріятельскія земли. Въ самомъ дѣлѣ, то, что сказалъ знаменитый родоначальникъ римской поэзіи: «отъ восхода солнца до Мэотійскихъ болотъ»,— теперь можно распространить дальше и дальше, еслибы кто задумалъ исчислить враждебное безумство во взаимной борьбѣ по всему свѣту. Отъ самаго восхода солнца не только по сю сторону Мэотиды и на крайнемъ сѣверѣ, гдѣ находятся кипучіе истоки Данувія и гдѣ страшная Эльба прорѣзываетъ Германію, но даже на самомъ закатѣ свѣта... стремятся *проливать* свою кровь всѣ народы, которымъ никогда не удалось быть Римлянами, и теперь добровольно несутъ наказаніе за свою упорную дикость.

XVII. Furit in viscera sua gens effrena Maurorum, Gothi Burgundios penitus excidunt rursumque pro victis armantur Alamanni itemque Tervingi, pars alia Gothorum adiuncta manu Taifalorum adversum Vandalos Gipedesque concurrunt. ipsos Persas ipsumque regem adscitis Sacis [2]) et Rufiis et Gelis petit frater Ormies [3])...

XVII. Ярится противъ родной земли необузданное племя Мавровъ, Готы до тла вырѣзываютъ Бургундіевъ, за побѣжденныхъ въ свою очередь вооружаются Аламанны, а въ то же время Тервинги, другая часть Готовъ, пріобщивъ рать Таифаловъ, устремляются противъ Вандаловъ и Гипедовъ. На самихъ Персовъ и на самого царя *ихъ* идетъ братъ *его* Орміесъ въ союзѣ съ Саками, Руфіями и Гелами...

---

1) «Meotis *M*; *Ennius ed. Vahl. p. 163*». Baehr. || 2) saccis et ruffis et gellis *M*. || 3) «Ormisela *Divaeus coll. Eutrop. IX 25*». B.

INCERTI PANEGYRICVS CONSTANTIO CAESARI DICTVS.

НЕИЗВѢСТНАГО АВТОРА ПАНЕГИРИКЪ, СКАЗАННЫЙ КЕСАРЮ КОНСТАНЦІЮ.

[Объ этомъ панегирикѣ, сказанномъ въ 297 г., см. Schanz, Gesch. d. Rom. Litt. III, стр. 126.— Текстъ: XII panegyrici Latini. Rec. Aem. Baehrens. Lips. 1874. V].

V. Adumbratae sint igitur mihi Sarmaticae expeditiones quibus illa gens prope omnis extincta est et paene cum solo nomine relicta quo serviat,... contenta sit voce gloriae suae etiam proxima illa ruina Carporum...

V. Итакъ, пусть будутъ у меня оттѣнены Сарматскіе походы, которыми почти цѣликомъ истреблено это племя и осталось почти съ однимъ только именемъ, подъ которымъ должно жить въ рабствѣ,... пусть довольствуется словомъ своей славы и весьма недавнее пораженіе Карповъ...

X... Nunc vero... cum totiens proculcata esset et Alamannia, totiens obtrita Sarmatia, Iuthungi Quadi Carpi totiens profligati, summittente se Gotho pace poscenda... urebat animos (quod nunc denique confitemur) una illa tanti imperii contumelia...

...[Въ тріумфѣ Авреліана] была другая колесница, запряженная четырьмя оленями и, какъ говорятъ, принадлежавшая Готѳскому царю. На ней, какъ сообщаютъ многіе *писатели*, Авреліанъ въѣхалъ на Капитолій, чтобы тамъ зарѣзать оленей, взятыхъ съ тою же колесницею и, по преданію, посвященныхъ имъ Юпитеру всевышнему... Кромѣ плѣнныхъ изъ варварскихъ племенъ въ процессіи шли съ связанными руками въ національной одеждѣ плѣнные Блемміи, Аксомиты, Счастливые Арабы, Индійцы, Бактріанцы, Иверы, Сарацины, Персы, каждый со своими дарами, Готѳы, Аланы, Роксоланы, Сарматы, Франки, Свевы, Вандалы и Германцы... 34. Были ведены также десять женщинъ, которыхъ онъ взялъ въ плѣнъ, когда онѣ въ мужскомъ убранствѣ сражались среди Готѳовъ, при чемъ многія другія были пе-

ребиты; надпись гласила, что онѣ *происходятъ* изъ рода Амазонокъ. Впереди были несены надписи, содержавшія имена народовъ...

39... (p. 161, 22 sq.) cum vastatum Illyricum ac Moesiam deperditam videret [Aurelianus], provinciam Transdanuvinam Daciam a Traiano constitutam sublato exercitu et provincialibus reliquit desperans eam posse retineri adductosque ex ea populos in Moesia conlocavit appellavitque suam Daciam, quae nunc duas Moesias dividit...

...Видя опустошеніе Иллирика и разгромъ Мезіи, [Авреліанъ] покинулъ провинцію задунайскую Дакію, учрежденную Траяномъ, отчаявшись въ возможности удержать ее; онъ упразднилъ въ ней войско и провинціальныя власти и выведенные изъ нея народы поселилъ въ Мезіи, назвавъ своей Дакіей *ту область*, которая нынѣ раздѣляетъ двѣ Мезіи...

41... (ex oratione Taciti senatoris de Aureliano, p. 163, 14 sq.). illum Saraceni Blemmyes Axomitae Bactriani Seres Hiberi Albani Armenii populi etiam Indorum veluti praesentem paene venerati sunt deum...

...(Изъ рѣчи сенатора Тацита объ Авреліанѣ). Сарацины, Блемміи, Аксомиты, Бактріанцы, Серы, Иберы, Албанцы, Арменцы, а также народы Индійскіе чтили его почти какъ земнаго бога...

FLAVII VOPISCI SYRACVSII
TACITVS.

13... (p. 177, 26 sq.) et quoniam a Maeotide multi barbari eruperant, hos eosdem consilio atque virtute compressit [Tacitus]. ipsi autem Maeotidae ita se gregabant, quasi accitu Aureliani ad bellum Persicum convenissent auxilium daturi nostris, si necessitas postularet...

ФЛАВІЯ ВОПИСКА СИРАКУЗСКАГО
ТАЦИТЪ.

...Такъ какъ отъ Мэотиды выступили многіе варвары, то [Тацитъ] подавилъ ихъ съ умомъ и доблестью. Сами Мэотиды собрались подъ тѣмъ предлогомъ, что они будто бы по призыву Авреліана пришли подать помощь нашимъ въ Персидской войнѣ, если бы *того* потребовала необходимость...

FLAVII VOPISCI SYRACVSII
PROBVS.

12... (Ex oratione Manlii Statiani senatoris, p. 193, 10 sq.) enim vero quae mundi pars est, quam ille non vincendo didicerit?... iam vero quid Sarmatas loquar, quid Gothos, quid Parthos ac Persas atque omnem Ponticum tractum? ubique vigent Probi virtutis insignia...

16... (p. 196, 8 sq.) in Illyrico Sarmatas ceterasque gentes ita contudit, ut prope sine bello cuncta reciperet, quae illi diripuerant. tetendit deinde iter per Thracias atque omnes Geticos populos fama rerum territos et antiqui nominis potentia pressos

ФЛАВІЯ ВОПИСКА СИРАКУЗСКАГО
ПРОБЪ.

...(Изъ рѣчи сенатора Манлія Стаціана). Какая есть часть свѣта, которой онъ не изучилъ бы, побѣждая?... Что мнѣ говорить о Сарматахъ, что о Готѳахъ, что о Парѳянахъ съ Персами и о всей Понтійской сторонѣ? Повсюду явствуютъ доказательства доблести Проба...

...Въ Иллирикѣ онъ такъ разгромилъ Сарматовъ и другія племена, что почти безъ войны отобралъ назадъ все, что они награбили. Затѣмъ онъ направилъ путь ко Ѳракіямъ и принялъ въ подданство или въ дружбу всѣ Гетскіе народы, испуганные

aut in deditionem aut in amicitiam recepit. his gestis orientem petit...

18. Facta igitur pace cum Persis ad Thracias redit et centum milia Basternarum in solo Romano constituit. qui omnes fidem servaverunt. sed cum et ex aliis gentibus plerosque pariter transtulisset id est ex Gipedis et Greuthungis et Vandalis, illi omnes fidem fregerunt et occupato bellis tyrannicis Probo per totum paene orbem pedibus et navigando vagati sunt nec parum molestiae Romanae gloriae intulerunt. quos quidem ille diversis vicibus variisque victoriis oppressit, paucis domum cum gloria redeuntibus, quod Probi evasissent manus. haec Probus cum barbaris gessit.

молвою объ *его* дѣяніяхъ и подавленные могуществомъ стариннаго имени. Послѣ этихъ дѣяній онъ направился на Востокъ...

18. Заключивъ миръ съ Персами, *Пробъ* возвратился во Ѳракію и поселилъ на Римской землѣ 100.000 Бастерновъ. Всѣ они соблюли вѣрность. Но когда онъ подобнымъ же образомъ переселилъ очень многихъ и изъ другихъ племенъ, т. е. Гипедовъ, Гревтунговъ и Вандаловъ, всѣ они нарушили вѣрность и, пока Пробъ былъ занятъ войнами съ тираннами, стали бродить почти по всей землѣ сухимъ путемъ и на корабляхъ и причинили не мало тяготы Римской славѣ. Впрочемъ Пробъ подавилъ ихъ въ разныя времена и разными побѣдами, при чемъ *лишь* немногіе вернулись домой, славясь *тѣмъ*, что ускользнули изъ рукъ Проба. Такова стала дѣятельность Проба по отношенію къ варварамъ.

BONOSVS.

15... (p. 212, 22 sq.) filios duos reliquit, quibus ambobus Probus pepercit, uxore quoque eius in honore habita et usque ad mortem salario praestito. fuisse enim dicitur, ut et avus meus dicebat, femina singularis exempli et familiae nobilis, gentis tamen Gothicae. quam illi Aurelianus uxorem idcirco dederat, ut per eum a Gothis cuncta cognosceret. erat enim illa virgo regalis. extant litterae ad legatum Thraciarum scriptae de his nuptiis et donis, quae Aurelianus Bonoso dari nuptiarum causa iussit. quas ego inserui. 'Aurelianus Augustus Gallonio Avito salutem. superioribus litteris scripseram ut optimates Gothicas aput Perinthum conlocares decretis salariis, non ut singulae acciperent, sed ut septem simul unum convivium haberent. cum enim divisae accipiunt, et illae parum sumunt, et res publica plurimum perdit. nunc tamen, quoniam placuit Bonoso Hunilam dari, dabis ei iuxta brevem infra scriptum omnia, quae praecipimus; sumptu etiam publico nuptias celebrabis' [1]...

БОНОЗЪ.

...[Бонозъ] оставилъ двухъ сыновей, которыхъ обоихъ пощадилъ Пробъ, причемъ и жена его содержалась въ почетѣ и до смерти получала содержаніе. Говорятъ (такъ говорилъ и мой дѣдъ), что она была примѣрная женщина и благороднаго происхожденія, но изъ Готѳскаго рода. Авреліанъ далъ ее въ жены Бонозу для того, чтобы чрезъ него все разузнавать насчетъ Готѳовъ; ибо она была дѣвушка царской семьи. Существуетъ письмо къ ѳракійскому легату относительно этой свадьбы и даровъ, которые Авреліанъ повелѣлъ выдать Бонозу по поводу свадьбы. Я привожу его. «Авреліанъ Августъ Галлонію Авиту *желаетъ* здравія. Въ предыдущемъ письмѣ я писалъ, чтобы ты помѣстилъ знатныхъ Готѳскихъ *женщинъ* въ Перинѳѣ и опредѣлилъ имъ содержаніе, но не такъ, чтобы онѣ получали его по одиночкѣ, а чтобы по семи вмѣстѣ имѣли общежитіе. Ибо когда онѣ получаютъ *содержаніе* раздѣльно, то имъ приходится мало, а государство теряетъ очень много. Но теперь, такъ какъ мы рѣшили выдать Гунилу за Боноза, ты

---

1) Sequitur laterculus munerum, quem omitti posse censui.

дашь ему по прилагаемому ниже списку все, что мы приказываемъ, и справишь свадьбу на казенный счетъ»...

FLAVII VOPISCI SYRACVSII
CARVS NVMERIANVS
ET
CARINVS.

ФЛАВІЯ ВОПИСКА СИРАКУЗСКАГО
КАРЪ, НУМЕРІАНЪ
И
КАРИНЪ.

8. (p. 218, 14 sq.) ingenti apparatu et totis viribus Probi profligato magna ex parte bello Sarmatico, quod gerebat, contra Persas profectus nullo sibi accurrente Mesopotamiam Carus cepit...

Когда съ огромнымъ приготовленіемъ и всѣми силами Проба была по большей части устранена Сарматская война, которую онъ велъ, Каръ двинулся противъ Персовъ и, никого не встрѣтивъ на пути, взялъ Месопотамію...

9... (p. 219, 17 sq.) bonum principem Carum fuisse cum multa indicant, tum illud etiam, quod statim adeptus imperium Sarmatas adeo morte Probi feroces, ut invasuros se non solum Illyricum, sed Thracias quoque Italiamque minarentur, ita inter bella patiendo contudit, ut paucissimis diebus Pannonias securitate donaverit occisis Sarmatarum sedecim milibus, captis diversi sexus viginti milibus...

...Что Каръ былъ хорошимъ государемъ, *объ этомъ* свидѣтельствуетъ какъ многое *другое*, такъ и слѣдующій фактъ. Сарматы послѣ смерти Проба возгордились такъ, что стали грозить вторженіемъ не только въ Иллирикъ, но и во Ѳракію и въ Италію, но *Каръ* немедленно по полученіи власти такъ разгромилъ ихъ среди *другихъ* войнъ, что въ нѣсколько дней обезпечилъ безопасность Панноній, убивъ 16000 Сарматовъ и взявъ въ плѣнъ 20000 обоего пола...

PVBLILIVS OPTATIANVS PORFYRIVS.

ПУБЛИЛІЙ ОПТАТІАНЪ ПОРФИРІЙ.

[Современникъ Константина Великаго, по всей вѣроятности тожественный съ praefectus urbis 329 и 333 годовъ. Отправленный по неизвѣстной намъ причинѣ въ ссылку, онъ прислалъ императору къ 20-лѣтію его царствованія сборникъ изъ 20 панегирическихъ стихотвореній, который очень понравился Константину и снискалъ помилованіе автору. Кромѣ этихъ 20 стихотвореній сохранилось еще нѣсколько. Они отличаются крайне искусственнымъ построеніемъ, образуя акростихи, телестихи, разныя фигуры и пр. См. Schanz, Gesch. d. röm. Litter. IV, 1, стр. 10 сл. — Текстъ: Publilii Optatiani Porfyrii carmina rec. Luc. Mueller. Lips. 1877].

Извлеченія и переводъ Г. Г. Зоргенфрея.

CARMINA. СТИХОТВОРЕНІЯ.

Carm. VI, v. 15 commemorantur «Sarmaticae strages».

C. VII, v. 32 Constantinus nuncupatur «Victor Sarmatiae totiens».

C. VIII, v. 27 sq. dicitur «Claudius invictus bellis insignia magna virtutum» tulisse «Gothico de milite parta» (непобѣдимый въ войнахъ Клавдій пріобрѣлъ за доблести великія отличія, добытыя отъ Готскаго войска).

Carm. XVIII, vv. 5—12.

Torva Getas campo clarus ut lumina perdit,
Vult curvo turmae felix sua comminus ictu
Armenii dux ferre levis, sol, te quoque pila.
Sic et victa refert exortos Dacia Francos.
Lege tuus tonso Rhenus tibi germinat exul
Agmina, telorum subeant qui murmure bella.
Vincere florenti Latiales Sarmata ductu
Rex tibi posse Getas viso dat limite, ultor.

Какъ славный Гетъ на полѣ *битвы* не бросаетъ *больше* мрачныхъ взоровъ *на тебя, и* вождь непостоянной Арменіи, счастливый боковымъ ударомъ *своего* отряда, желаетъ къ тебѣ, о Солнце, принести *на помощь* свои копья. Такъ побѣжденная Дакія напоминаетъ о поднявшихся *противъ Рима* Франкахъ. Твой изгнанникъ Рейнъ по закону роститъ для тебя остриженнаго отряды, чтобы они взялись за войну подъ шумъ копій. Царь Сарматскій, мститель *за Римское государство*, даетъ тебѣ, увидѣвъ границы, возможность, чтобы Латины побѣдили Гетовъ подъ блестящимъ водительствомъ.

ORIGO CONSTANTINI IMPERATORIS.

(Anonymi Valesiani pars prior).

РОДЪ ИМПЕРАТОРА КОНСТАНТИНА.

(Первая часть Валезіевскаго анонима).

[Подъ именемъ Anonymus Valesii извѣстенъ историческій отрывокъ, найденный въ одной рукописи іезуитомъ Яковомъ Сирмондомъ и изданный впервые въ 1636 г. Валезіемъ въ концѣ изданія Амміана. Отрывокъ состоитъ изъ 2-хъ частей, изъ коихъ первая обнимаетъ собою годы 293—337 по Р. Хр., а вторая—годы 474—526. По мнѣнію новѣйшихъ ученыхъ, отрывки принадлежатъ разнымъ авторамъ. Авторъ 1-го отрывка былъ, вѣроятно, современникомъ Константина В. и язычникомъ, но его трудъ впослѣдствіи былъ интерполированъ изъ Орозія. См. Schanz, Gesch. d. röm. Litter. IV, 1, стр. 99. — Текстъ: Monumenta Germaniae historica. Auctorum antiquissim. t. IX: Chronica minora saec. IV. V. VI. VII. Edidit Th. Mommsen. Berol. 1892].

2, 2... Constantinus... obses [fuit] apud Diocletianum et Galerium... quem post depositum imperium Diocletiani et Herculi Constantius a Galerio repetit. sed hunc Galerius obiecit ante pluribus periculis (3). Nam et in Sarmatas iuvenis equestris militans ferocem barbarum capillis tentis raptum ante pedes Galerii imperatoris adduxerat. deinde Galerio mittente per paludem equo ingressus suo viam ceteris fecit ad Sarmatas. ex quibus

...Константинъ... былъ заложникомъ у Діоклетіана и Галерія... Послѣ сложенія власти Діоклетіаномъ и Геркуліемъ Констанцій потребовалъ его отъ Галерія. Но Галерій раньше подвергъ его многимъ опасностямъ. Именно, юношею участвуя въ конномъ походѣ противъ Сарматовъ, онъ схватилъ за волосы свирѣпаго варвара и привелъ его къ ногамъ императора Галерія. Затѣмъ, по приказанію Галерія,

plurimis stratis Galerio victoriam reportavit. Tunc eum Galerius patri remisit...

онъ, въѣхавъ на своемъ конѣ, открылъ прочимъ дорогу чрезъ болото къ Сарматамъ и, перебивъ огромное количество ихъ, доставилъ побѣду Галерію. Тогда Галерій отослалъ его къ отцу...

6, 30. Constantinus... adversum Gothos bellum suscepit et implorantibus Sarmatis auxilium tulit. (31) ita per Constantinum Caesarem centum prope milia fame et frigore extincta sunt. tunc et obsides accepit, inter quos Ariarici regis filium. Sic cum his pace firmata in Sarmatas versus est, qui dubiae fidei probabantur. (32) sed servi Sarmatarum adversum omnes dominos rebellarunt. quos pulsos Constantinus libenter accepit et amplius trecenta milia hominum mixtae aetatis et sexus per Thraciam Scythiam Macedoniam Italiamque divisit... (34) Item Constantinus... Gothorum fortissimas et copiosissimas gentes in ipso barbarico soli sinu hoc est in Sarmatarum regione delevit...

Константинъ... предпринялъ войну противъ Готѳовъ и подалъ помощь умолявшимъ *о ней* Сарматамъ. Такимъ образомъ, чрезъ Цезаря Константина около ста тысячъ погибли отъ голода и холода. Тогда онъ получилъ и заложниковъ, въ томъ числѣ сына царя Аріарика. Такъ закрѣпивъ миръ съ ними, онъ обратился противъ Сарматовъ, проявлявшихъ сомнительную вѣрность. Но рабы Сарматовъ возмутились противъ всѣхъ господъ. Константинъ охотно принялъ изгнанныхъ и раздѣлилъ болѣе 300000 людей разнаго возраста и пола по Ѳракіи, Скиѳіи, Македоніи и Италіи... Также Константинъ... истребилъ сильнѣйшія и весьма многочисленныя племена Готѳовъ въ самомъ лонѣ варварской земли, т. е. въ странѣ Сарматовъ...

IVLIVS FIRMICVS MATERNVS.

ЮЛІЙ ФИРМИКЪ МАТЕРНЪ.

[Уроженецъ сицилійскій (по всей вѣроятности изъ Сиракузъ), жилъ въ 1-й половинѣ IV в. Сначала былъ адвокатомъ, потомъ занялся астрологіей и въ 334—337 гг. написалъ астрологическое сочиненіе подъ заглавіемъ Matheseos libri VIII. Впослѣдствіи принялъ христіанство и въ 346—350 гг. написалъ сочиненіе De errore profanarum religionum. Думали, что эти два сочиненія принадлежатъ разнымъ, только соименнымъ авторамъ. Возраженія противъ этого взгляда см. у Schanz, Gesch. d. röm. Litter. IV, 1, стр. 123.—Текстъ: Corpus scriptorum eccles. Latin. v. II... Iulii Firmici Materni liber de errore profan. religionum rec. C. Halm. Vindob. 1867].

LIBER DE ERRORE PROFANARVM RELIGIONVM.

Cap. 15. Palladii etiam quid sit numen audite: simulacrum est ex ossibus Pelopis factum, hoc Abaris Scytha fecisse perhibetur. iam quale sit considerate, quod Scytha barbarus consecravit. estne aliquid aput Scythas humana ratione compositum et illa effera gens hominum et crudeli atque inhumana semper atrocitate grassata in consti-

КНИГА О ЗАБЛУЖДЕНІЯХЪ ЯЗЫЧЕСКИХЪ РЕЛИГІЙ.

Послушайте также, что такое кумиръ Палладія. *Это* — изображеніе, сдѣланное изъ костей Пелопа; сдѣлалъ его, по преданію, Скиѳъ Аваридъ. Итакъ сообразите, каково то, что̀ посвятилъ варваръ Скиѳъ. Есть ли у Скиѳовъ что-либо установленное человѣческимъ разумомъ, и это дикое и всегда дѣйствовавшее съ жестокою и

tuendis religionibus rectum aliquid potuit invenire?...

безчеловѣчною свирѣпостью племя могло ли найдти что-либо правильное въ установленіи религіозныхъ вѣрованій?...

IVLIVS VALERIVS.

ЮЛІЙ ВАЛЕРІЙ.

[Съ именемъ Юлія Валерія сохранился латинскій переводъ псевдокаллисѳеновыхъ сказаній объ Александрѣ Великомъ (ср. т. I, стр. 897). Такъ какъ въ Itinerarium Alexandri (см. ниже) есть очевидные слѣды пользованія этимъ переводомъ, то его происхожденіе относится къ болѣе раннему времени. — Текстъ: Iulii Valerii epitome. Zum Erstenmal herausgegeben von Iulius Zacher. Halle 1867].

I, 2. Quodam igitur tempore nuntiatum est ei [sc. Nectanabo] multas adversus eum gentes una conspiratione atque eadem voluntate consurrexisse, scilicet Indos, Arabes, Phoenicesque, Parthos et Assyrios, nec non et Scythas, Alanos, Oxydracontas, Seres atque Caucones, Hiberos, Agriophagos, Eunomitas et quaecunque sunt Orientis barbarae gentes...

...Въ нѣкоторое время ему [т. е. Нектанабу] было возвѣщено, что противъ него поднялись многіе народы по одному заговору и съ тожественными намѣреніями, именно Индійцы, Арабы и Финикіяне, Парѳяне и Ассирійцы, а также Скиѳы, Аланы, Оксидраконты, Серы, Кавконы, Иверы, Агріофаги, Евномиты и всѣ варварскія племена Востока...

III, 35... [Alexander] condidit urbes duodecim, quas omnes suo de nomine «Alexandriam» nuncupavit:... (4) Alexandria in Scythia,... (6) Alexandria apud Massagetas...

...[Александръ] основалъ двѣнадцать городовъ, которые всѣ назвалъ по своему имени «Александріями»:... Александрія въ Скиѳіи,... Александрія у Массагетовъ...

ITINERARIVM ALEXANDRI.

ДОРОЖНИКЪ АЛЕКСАНДРА.

[Составленъ неизвѣстнымъ авторомъ для императора Констанція (337—361) передъ его походомъ на Персовъ въ 346 или 359 г. и содержитъ исторію персидскихъ походовъ Александра Великаго и Траяна (описаніе послѣдняго не сохранилось). Несмотря на скромное названіе «дорожника», это сочиненіе представляетъ не перечень маршрутовъ, а связный разсказъ о походахъ.—Текстъ: Arriani Anabasis et Indica em. Fr. Dübner. Reliqua Arriani... Pseudo-Callisthenis historiam fabulosam... nunc primum edidit, Itinerarium Alexandri et indices adiecit Car. Müller. Paris. 1846].

XVI. Is igitur... Thracas quoque animo variantes impigre subegit... eximque cum, mari dextro perque Euxinum militans, Maeoti transmissa, jam remeans Gothos irruisset, eos quoque superat bello, die eadem regressus ad suos: tum Dacas[1]) Moesosque

Итакъ онъ... быстро покорилъ также ненадежныхъ Ѳракійцевъ... Затѣмъ, воюя на правомъ морѣ и по Евксину *и* перейдя Мэотиду, уже на возвратномъ пути напалъ на Готѳовъ и ихъ также одолѣлъ въ битвѣ, въ тотъ же день вернувшись къ своимъ;

1) *Dahas* C.

et Illyrios Dalmatasque omnes iustis proeliis superat componitque...

потомъ побѣждаетъ въ открытыхъ бояхъ и усмиряетъ Даковъ, Мезовъ, Иллирійцевъ и всѣхъ Далматовъ...

LXXIV. Eo vero itinere gentes subjugat plurimas: tum Dracas, tum Arachotas barbaros vicinos Indis[1]), mari Rubro imminentes: Arios quoque qui nuper obsequio defecerant: idque hieme multa iniquum militibus inpeditis. Enimvero in hos ducibus inmissis ipse Caucasum tendit amore vincendae difficultatis et illic quoque Alexandriam sibi ad fidem laboris instituit.

На этомъ пути *Александръ* покоряетъ множество племенъ: и Драковъ, и варваровъ Арахотовъ, сосѣдей Индійцевъ, живщихъ по Красному морю, а также Аріевъ, которые незадолго *предъ тъмъ* отказались повиноваться, и при томъ глубокой зимой, когда солдаты были сильно затруднены. Но противъ нихъ онъ выслалъ воеводъ, а самъ направился къ Кавказу изъ любви къ преодолѣнію трудностей и тамъ тоже устроилъ себѣ Александрію по мѣрѣ труда.

LXXV. Quam molienti nuntiatur Besum ultra transgressum Oxum flumen navibus superavisse, quas omnes incenderit, ne persequendi[2]) sit libido. Igitur nihil moratus ipse quoque audet in Caucasum longitudine sui Tauro continuum, saxis incondite arduum neque gradibilem, ut videbatur, intersitumque parvis arboribus. Cetera terebinthum[3]) illic aiunt *et* silphium gigni: quo facile adpasci[4]) oves floris ejus *esu* et usu frugis et radicium delectatas: eoque et hominibus gaudet carne sola contentis, martiis prorsus et belli usibus amicissimis.

При постройкѣ этого *города* получается извѣстіе, что Бесъ, пройдя дальше, переправился чрезъ рѣку Оксъ на корабляхъ, которые всѣ сжегъ, чтобы не было охоты къ преслѣдованію. Итакъ, нисколько не медля, онъ и самъ смѣло идетъ къ Кавказу, по длинѣ соединяющемуся съ Тавромъ, имѣющему довольно неудобныя крутизны, повидимому непроходимому и покрытому мелкими деревьями. Говорятъ, что тамъ растетъ теревинѳъ и сильфій, которымъ легко откармливаются овцы, поѣдающія его цвѣты и очень любящія ѣсть его плоды и корни. Онъ радуется поэтому и людямъ, довольствующимся однимъ мясомъ, очень воинственнымъ и преданнымъ военному дѣлу.

LXXIX... Ipse ire Maracanda contendit, quae Sogdianis est regia, Tanaimque exim qui subortus e Caucaso ingressurusque Hyrcanum mare Asiam Europamque dispertit[5]).

...Самъ *Александръ* направляется къ Маракандѣ, столицѣ Согдіановъ, и затѣмъ къ Танаиду, который, вытекая съ Кавказа и впадая въ Иркапское море, служитъ границею Азіи и Европы...

LXXXI. Quibus gestis Abii Scythae ab Homero justitiae laudati legatione se dedunt moremque gesturos victori profitentur, quantum solis corporibus queant, quo-

Послѣ этого Авіи Скиѳы, прославленные Омиромъ за праведность, чрезъ посольство заявляютъ о подчиненіи и обѣщаютъ повиноваться побѣдителю, насколько

---

1) *Tum Dracastrum Arachotas barbaras barbarorum vicinas Indiis* C. || 2) *par sequentis* C. «quod fortasse ferri potest». M. || 3) *ceteraque vitio bonum illic* C. || 4) *ad pari* C. || 5) *dispergit* C.

niam quisque pauperior liberior infestatore. Eorum denique moribus delectatus remissis adjungit, studio veri discendi, qui [1]) quid colerent aut viverent, renuntiarent. Ipse progressus ad Tanaim illic quoque urbem sibi instituit haud disparem magnitudine cognominem Alexandriis: idque usui cavens, si quando post in eadem militaretur.

могутъ лично [досл. одними тѣлами], такъ какъ *у нихъ* чѣмъ кто бѣднѣе, тѣмъ свободнѣе отъ опустошителя. Одобривъ ихъ образъ жизни, онъ отпустилъ *посольство* и изъ желанія узнать истину прибавилъ, чтобы они сообщили, кто что чтитъ или *какъ* живетъ. Самъ, пройдя впередъ къ Танаиду, тамъ тоже устроилъ себѣ городъ, не уступающій по величинѣ и соименный Александріямъ, *сдѣлавъ* это изъ предосторожности, если когда-*нибудь* впослѣдствіи случится предпринять походъ въ эти же *мѣстности*.

XCV. Sed reverentiam legatio Scythica de Abiis *iterum attulit* dictoque audientes fore se muneribus attestabantur. Quae munera erant filiae regales pulchrae [2]) ingenio vel cultu naturae eius, si suis vellet pignore fidei. Namque ad reliqua sat divites [3]) sunt Abii libertatis pariter et paupertatis... Enim arcus Abiis et sagitta (quod eis totum est) et vitae quaestus et hereditas: sola sagitta venantibus, carne altis abunde et lacte et munitis pellibus ad tolerantiam: cetera pro opibus hospitales et loqui blanda cum moribus.

Скиѳское посольство снова принесло почтеніе отъ Авіевъ, которые дарами свидѣтельствовали, что будутъ повиноваться. Эти дары были царскія дочери, прекрасныя по уму... [5]). Ибо въ остальныхъ отношеніяхъ Авіи достаточно богаты, благодаря равно свободѣ и бѣдности... Ибо у Авіевъ лукъ и стрѣла (это у нихъ — все) *составляютъ* и средство для жизни, и наслѣдство; стрѣла — единственное *оружіе* у охотниковъ, обильно питающихся мясомъ и молокомъ и защищенныхъ шкурами для перенесенія *холода;* впрочемъ они *по мѣрѣ* средствъ гостепріимны и по обычаю говорятъ ласково.

XCVI. Sed Pharasmenes quoque Chorasmiorum rex equites adduxerat Alexandro militatum, vicinus Scythicis Unimammis, in quas sibi hostes praeiret si iuberetur, supra viros ut sciat martias. Alexander vero his Indos praeoptans se ait redire in Graecias ut exim reliqua eius belli agat. Oxum igitur et Sogdianos retractat turbare.

Но и Фарасменъ, царь Хорасміевъ, привелъ къ Александру всадниковъ для участія въ походѣ; *онъ былъ* сосѣдомъ скиѳскихъ Одногрудыхъ, къ которымъ, *какъ* своимъ врагамъ, предлагалъ пройдти раньше, если получитъ приказаніе; ему-де извѣстно, что онѣ воинственны больше мужчинъ. Но Александръ, предпочитая имъ Индійцевъ, сказалъ, что онъ возвращается въ Грецію, чтобы оттуда вести остальную *часть* этой войны. Итакъ онъ снова старается возмутить Оксъ и Согдіановъ.

---

1) *quidquid* C. || 2) *filaregalia pulcra* C. || 3) *ad reliqua ut alias addivites* C. Locus corruptus.

CLAVDIVS MAMERTINVS. — КЛАВДІЙ МАМЕРТИНЪ.

[Авторъ благодарственной рѣчи къ императору Юліану за консульство, произнесенной въ Константинополѣ 1 января 362 г. Изъ рѣчи видно, что авторъ въ это время былъ уже въ очень пожилыхъ лѣтахъ, стало быть родился въ началѣ IV в. Умеръ онъ позже 368 г. — Текстъ: XII panegyrici Latini. Rec. Aem. Baehrens. Lips. 1874. XI].

GRATIARVM ACTIO DE CONSVLATV SVO IVLIANO IMP.

VII... [Principi nostro], ut uno eodemque tempore et componeret fidissimarum provinciarum statum et barbariam omnem admoto propius terrore percelleret longissimo cursu Histrum placuit navigari. pro sancta divinitas! quae navigationis illius fuit pompa, cum dexteriorem incliti fluminis ripam utriusque sexus, omnium ordinum, armatorum atque inermium perpetuus ordo praetexeret, despiceretur ad laevam in miserabiles preces genu nixa barbaria? omnes urbes quae Danuvium incolunt aditae, omnium audita decreta, levati status instaurataeque fortunae, innumerabilibus barbaris data venia et munus pacis indultum...

ВЫРАЖЕНІЕ БЛАГОДАРНОСТИ ЗА СВОЕ КОНСУЛЬСТВО ИМП. ЮЛІАНУ.

VII... [Повелитель нашъ], для того чтобы въ одно и то же время и устроить положеніе вѣрнѣйшихъ областей, и поразить все варварство ближе придвинутымъ ужасомъ, рѣшилъ совершить весьма долгое плаваніе по Истру. О святое божество! Какова была торжественность этого плаванія, когда правый берегъ славной рѣки опоясывалъ непрерывный рядъ *людей* обоего пола, всѣхъ сословій, вооруженныхъ и безоружныхъ, а налѣво виднѣлось преклонившее колѣна съ жалкими мольбами варварство! Были посѣщены всѣ города, лежащіе по Данувію, выслушаны постановленія всѣхъ, облегчено положеніе и возстановлено благосостояніе, а безчисленнымъ варварамъ даровано прощеніе, и пожалованы блага мира...

DECIMVS MAGNVS AVSONIVS. — ДЕЦИМЪ МАГНЪ АВЗОНІЙ.

[Извѣстный поэтъ, род. въ началѣ IV в. въ Бурдигалѣ (Бордо), гдѣ отецъ его былъ врачемъ; образованіе получилъ въ родномъ городѣ и затѣмъ въ Толозѣ подъ руководствомъ дяди. Вернувшись въ Бурдигалу, 30 лѣтъ преподавалъ грамматику и реторику и достигъ такой извѣстности, что около 365 г. императоръ Валентиніанъ поручилъ ему образованіе своего сына Граціана. Это порученіе послужило для Авзонія началомъ блестящей придворной и административной карьеры, закончившейся консульствомъ въ 379 г. Послѣ убіенія Граціана въ 383 г. Авзоній вернулся въ родной городъ и зажилъ спокойною жизнью частнаго человѣка, продолжая свои литературныя занятія. Умеръ послѣ 393 г. Былъ въ дружбѣ съ Симмахомъ, Дрепаніемъ, Павлиномъ Нольскимъ и др. — Текстъ: Decimi Magni Ausonii Burdigalensis opuscula. Rec. Rud. Peiper. Lips. ap. Teubn. 1886].

EPIGRAMMATA. — ЭПИГРАММЫ.

XXVI[I]. [De Augusto]. — [Объ Августѣ].

Vv. 5—10.

Bellandi fandique potens Augustus honorem
Bis meret; ut geminet titulos, qui proelia Musis

...Августъ, могучій на войнѣ и въ словѣ, дважды заслуживаетъ почета; *заслуживаетъ* удвоенія титуловъ *тотъ*, кто

Temperat et Geticum moderatur Apolline Martem.
Arma inter Chunosque truces furtoque nocentes
Sauromatas, quantum cessat de tempore belli,
Indulget Clariis tantum inter castra Camoenis.

умѣряетъ битвы Музами и укрощаетъ Гетскаго Марса Аполлономъ. Среди оружія, свирѣпыхъ Хуновъ и вредныхъ грабежами Савроматовъ онъ насколько прекращаетъ военныя дѣйствія, столько же служитъ въ лагерѣ кларійскимъ Каменамъ...

XXVII [III]. Ad fontem Danuvii iussu Valentiniani Augusti.

Illyricis regnator aquis, tibi, Nile, secundus
Danuvius laetum profero fonte caput.
Salvere Augustos iubeo, natumque patremque,
Armiferis alui quos ego Pannoniis.
Nuntius Euxino iam nunc volo currere ponto,
Ut sciat hoc superum cura secunda Valens,
Caede, fuga, flammis stratos periisse Suebos
Nec Rhenum Gallis limitis esse loco.
Quod si lege maris refluus mihi curreret amnis,
Huc possem victos inde referre Gothos.

Къ истоку Данувія по повелѣнію Валентиніана Августа.

Я, Данувій, царь Иллирійскихъ водъ, второй *по* тебѣ, Нилъ, весело поднимаю голову изъ источника. Желаю здравствовать Августамъ, и сыну и отцу, которыхъ я вскормилъ въ вооруженныхъ Панноніяхъ. Уже теперь желаю я побѣжать вѣстникомъ Евксинскому Понту, чтобы Валентъ второй предметъ заботы Вышнихъ, зналъ, что погибли Свевы, пораженные рѣзнею, бѣгствомъ и пламенемъ, и что Рейнъ *уже* не служитъ границею Галламъ. Если бы мое теченіе обратилось вспять по закону моря, то я могъ бы сюда принести оттуда *вѣсть* о пораженіи Готѳовъ.

XXX [IV]. Ad fontem Danuvii iussu Valentiniani Augusti.

Danuvius penitis caput occultatus in oris
Totus sub vestra iam dicione fluo:
Qua gelidum fontem mediis effundo Suebis,
Imperiis gravidas qua feco Pannonias,
Et qua dives aquis Scythico solvo ostia ponto,
Omnia sub vestrum flumina mitto iugum.
Augusto dabitur sed proxima palma Valenti:
Inveniet fontes hic quoque, Nile, tuos.

Къ истоку Данувія по повелѣнію Валентиніана Августа.

Я, Данувій, скрытый головою въ отдаленныхъ краяхъ, уже весь теку подъ вашей властью: *и тамъ*, гдѣ изливаю ледяной источникъ среди Свевовъ, *и тамъ*, гдѣ оплодотворяю чреватыя царями Панноніи, и *тамъ*, гдѣ богатый водами выхожу устьями въ Скиѳскій понтъ, — я всѣ рѣки посылаю подъ ваше иго. Но ближайшая пальма будетъ дана Августу Валенту: онъ найдетъ и твои истоки, Нилъ.

⟨DOMESTICA⟩.

V. Precatio consulis designati pridie Kalendas Ianuarias fascibus sumptis.

Hostibus edomitis, qua Francia mixta Suebis
Certat ad obsequium, Latiis ut militet armis;

⟨ДОМАШНІЯ СТИХОТВОРЕНІЯ⟩.

V. Моленіе предназначеннаго консула наканунѣ январскихъ календъ, при вступленіи въ должность.

Покорены враги, гдѣ Франція, смѣшанная съ Свебами, соперничаетъ въ покор-

Vv. 29—32.

Qua vaga Sauromates sibi iunxerat agmina Chuni,
Quaque Getes sociis Histrum adsultabat Alanis.

ности, чтобы воевать латинскимъ оружіемъ; гдѣ Савроматъ присоединилъ къ себѣ бродячія полчища Хуновъ и гдѣ Гетъ въ союзѣ съ Аланами тревожилъ набѣгами Истръ...

X. MOSELLA.

X. МОЗЕЛЬ.

V. 106 commemorantur *stagna binominis Istri.*

XII. TECHNOPAEGNION.

XII. ИГРУШКИ ПОЭТИЧЕСКАГО ИСКУССТВА.

X, 9. Sicca inter rupes Scythicas stetit alitibus crux,
Unde Prometheo de corpore sanguineus ros.

Между скиѳскими скалами стоялъ для птицъ сухой крестъ, съ котораго изъ тѣла Промиѳеева *сочилась* кровавая роса.

Caucasea sub rupe Prometheus commemoratur Id. XV (Pythagoricum, de ambiguitate eligendae vitae) v. 21.

GRATIARVM ACTIO AD GRATIANVM IMPERATOREM PRO CONSVLATV.

БЛАГОДАРСТВЕННАЯ РѢЧЬ КЪ ИМПЕРАТОРУ ГРАЦІАНУ ЗА КОНСУЛЬСТВО.

II... Possum ire per omnes appellationes tuas, quas olim virtus dedit, quas proxime fortuna concessit, quas adhuc indulgentia divina meditatur: vocarem Germanicum deditione gentilium, Alamannicum traductione captorum, vincendo et ignoscendo Sarmaticum...

III... Я могу привести всѣ твои прозванія, которыя нѣкогда дала *тебѣ* доблесть, которыя только что допустило счастье, которыя еще задумываетъ божественная милость. Я назвалъ бы *тебя* Германскимъ за подчиненіе племенъ, Аламанскимъ за переводъ плѣнныхъ, Сарматскимъ за побѣду и прощеніе...

Praeterea eodem cap. commemorat auctor Gratiano imperante *uno pacatum esse anno et Danubii limitem et Rheni.*

S. AVRELIVS VICTOR. С. АВРЕЛІЙ ВИКТОРЪ.

[Жилъ во 2-й пол. IV в. Его имя «носятъ сочиненія: *Кесари,* въ которомъ изложена исторія римскихъ императоровъ отъ Августа до Константина, *Извлеченіе изъ сочиненія о Кесаряхъ,* гдѣ эта исторія доводится до смерти Θеодосія (сокращеніе, сдѣланное, очевидно, позднѣйшею рукою), *О знаменитыхъ мужахъ города Рима* (de viris illustribus urbis Romae), гдѣ представлено въ біографической формѣ обозрѣніе римской исторіи царскаго періода и времени республики, и наконецъ *Происхожденіе римскаго народа* — сочиненіе, содержащее въ себѣ баснословную исторію отъ Сатурна до Ромула, щеголяющее фальшивою ученостью и принадлежащее или какому-нибудь позднѣйшему грамматику, или, какъ нѣкоторые думаютъ, эпохѣ Возрожденія». Модестовъ, Лекціи по ист. Римской литер., полное изд. (Спб. 1888), стр. 755. Ср. Schanz, Gesch. d. röm. Litter. IV, 1, стр. 59 сл.—Текстъ: Sexti Aurelii Victoris historia Romana. Ed. stereot. Tauchnitiana. Lips. 1871].

Извлеченія и переводъ Г. Г. Зоргенфрея.

DE VIRIS ILLUSTRIBUS URBIS ROMAE.

Cap. LXXIV. Lucullus Mithridatis copias ferro et fame afflixit; eumque regno suo, id est Ponto, expulit. Quem rursum cum Tigrane rege Armeniae subveniente magna felicitate superavit.

Cap. LXXVI, 6. (Pompeius) mira felicitate nunc in septentrione Albanos, Colchos, Heniochos, Caspios, Hiberos, nunc in oriente Parthos, Arabes atque Iudaeos cum magno sui terrore penetravit.

Cap. LXXIX, 4, 5. Huic (Caesari Octaviano) Parthi signa, quae Crasso sustulerant, ultro reddiderunt. Indi, Scythae, Sarmatae, Daci, quos non domuerat, dona miserunt.

DE CAESARIBUS.

Cap. 1, 6 (Augustus) Felix adeo (absque liberis tamen simulque coniugio) ut Indi, Scythae, Garamantes ac Bactri legatos mitterent orando foederi.

Cap. XXXIX, 43... [sub Diocletiano] caesi Marcomanni, Carporumque natio translata omnis in nostrum solum.

О ЗНАМЕНИТЫХЪ МУЖАХЪ ГОРОДА РИМА.

Лукуллъ военными дѣйствіями и голодомъ уничтожилъ силы Миθридата, а самого его изгналъ изъ царства, т. е. изъ Понта. Онъ съ большимъ счастьемъ побѣдилъ его вторично вмѣстѣ съ армянскимъ царемъ Тиграномъ, оказывавшимъ ему помощь.

Помпей съ удивительною удачею на сѣверѣ проникъ къ Албанцамъ, Колхамъ, Иніохамъ, Каспіямъ и Иверамъ, а на востокѣ къ Парθянамъ, Арабамъ и Іудеямъ, вызывая повсюду страхъ къ себѣ.

Парθяне добровольно возвратили Октавіану значки, отнятые у Красса. Индійцы, Скиθы, Сарматы, Даки, которыхъ онъ не покорилъ, прислали ему дары.

О ЦЕЗАРЯХЪ.

Августъ былъ такъ счастливъ (исключая однако дѣтей и своего брака), что Индійцы, Скиθы, Гараманты и Бактры посылали къ нему пословъ просить союза.

...[При Діоклетіанѣ] разбиты были Маркоманны, и весь народъ Карповъ переведенъ въ нашу страну.

Cap. XLI, 13... [sub Constantino] Gothorum Sarmatarumque gentes stratae; filiusque cunctorum minor, Constans nomine, Caesar fit.

...[При Константинѣ] были побѣждены племена Готовъ и Сарматовъ и самый младшій сынъ, по имени Константъ, дѣлается Цезаремъ.

Cap. XLII, 20... (Constantius) genti Sarmatarum magno decore, considens apud eos, regem dedit.

...[Констанцій] далъ племени Сарматовъ, пребывая у нихъ, царя съ большою пышностью.

EPITOME.

СОКРАЩЕНІЕ.

Cap. I, 9. Ad hunc (Augustum) Indi, Scythae, Garamantes, Aethiopes legatos cum donis miserunt.

Къ Августу отправили пословъ съ подарками Индійцы, Скиѳы, Гараманты, Эѳіопы.

Cap. II, 9 (Tiberius) cum immani furore insontes, noxios, suos pariter externosque puniret, resolutis militiae artibus, Armenia per Parthos, Moesia a Dacis, Pannonia a Sarmatis, Gallia a finitimis gentibus direptae sunt.

Въ то время какъ Тиверій съ необыкновеннымъ бѣшенствомъ обрушивался па невинныхъ и виновныхъ, своихъ и чужихъ, военное искусство и дисциплина пали, и Арменія была разграблена Парѳянами, Мезія Даками, Паннонія Сарматами, Галлія сосѣдними племенами.

Cap. LXI, 20. Hi singuli has partes regendas habuerunt: Constantinus iunior cuncta trans Alpes; Constantius a freto Propontidis, Asiam atque Orientem; Constans Illyricum, Italiamque et Africam, Dalmatiam, Thraciam Macedoniamque et Achaiam, Anibalianus Dalmatii Caesaris consanguineus Armeniam nationesque circumsocias.

Каждый изъ этихъ *правителей* управлялъ слѣдующими частями: Константинъ Младшій всѣми *землями* по ту сторону Альпъ, Констанцій отъ Пропонтиды Азіей и Востокомъ; Константъ Иллирикомъ, Италіей, Африкой, Далмаціей, Ѳракіей, Македоніей и Ахаіей; Анибаліанъ, родственникъ Цезаря Далматія, Арменіей и сосѣдними племенами.

Cap. XLVII, 3. Hic (Gratianus) cum animadvertisset, Thraciam Daciamque tanquam genitales terras possidentibus Gothis Taiphalisque atque omni pernicie atrocioribus Hunnis et Alanis, extremum periculum instare nomini Romano, accito ab Hispania Theodosio, cunctis faventibus, degenti annum a tricesimo tertium, imperium committit.

Когда Граціанъ замѣтилъ, что Ѳракіей и Дакіей владѣютъ словно своими родовыми землями Готы и Тайфалы, а также Гунны и Аланы, которые хуже всякой *другой* бѣды, и что римскому народу грозитъ страшная опасность, онъ призвалъ изъ Испаніи Ѳеодосія и при общемъ сочувствіи вручилъ ему на тридцать третьемъ году *отъ роду* власть.

Cap. XLVIII, 5 (Theodosius) Hunnos et Gothos, qui eam (rempublicam) sub Valente defatigassent, diversis proeliis vicit.

Ѳеодосій въ различныхъ сраженіяхъ побѣдилъ Гунновъ и Готѳовъ, которые при Валентѣ безпокоили государство.

EVTROPIVS. ЕВТРОПІЙ.

[Жилъ во 2-й пол. IV в. По порученію императора Валента (364—378), при дворѣ котораго состоялъ въ качествѣ magister memoriae, написалъ краткій очеркъ Римской исторіи отъ Ромула до своего времени въ 10 книгахъ. См. о немъ Schanz, Gesch. d. röm. Litt. IV, 1, стр. 69 сл. — Текстъ: Monumenta Germaniae historica. Auctorum antiquissimorum tomus II: Eutropi breviarium ab urbe condita cum versionibus Graecis et Pauli Landolfique additamentis rec. et adnot. H. Droysen. Berol. 1879].

Lib. V, c. 5. Mithridates..., qui Ponti rex erat atque Armeniam minorem et totum Ponticum mare in circuitu cum Bosphoro tenebat, primum Nicomeden amicum populi Romani Bithynia voluit expellere...

Миѳридатъ, который былъ царемъ Понтійскимъ и владѣлъ Малою Арменіею и всѣмъ въ окружности Понтійскимъ моремъ вмѣстѣ съ Воспоромъ, сначала хотѣлъ выгнать изъ Виѳиніи Никомида, друга Римскаго народа...

VI, 12.. [Cn. Pompeio] delatum etiam bellum contra reges Mithridaten et Tigranen. quo suscepto Mithridaten in Armenia minore nocturno proelio vicit, castra diripuit, quadraginta milia eius occidit, viginti tantum de exercitu suo perdidit et duos centuriones. Mithridates cum uxore fugit et duobus comitibus. neque multo post cum in suos saeviret, Pharnacis filii sui apud milites seditione ad mortem coactus venenum hausit. hunc finem habuit Mithridates: periit apud Bosphorum...

Гн. Помпею поручено было также веденіе войны съ царемъ Миѳридатомъ и Тиграномъ. Принявъ ее на себя, онъ побѣдилъ Миѳридата въ ночномъ сраженіи въ Малой Арменіи и разграбилъ *его* лагерь, *при чемъ*, перебивъ 40000 враговъ, потерялъ изъ своего войска только 20 *рядовыхъ* и двухъ сотниковъ. Миѳридату удалось спастись бѣгствомъ съ женою и двумя спутниками. Вскорѣ послѣ этого, свирѣпствуя противъ своихъ, онъ вслѣдствіе возмущенія въ войскѣ, поднятаго его сыномъ Фарнакомъ, принужденный умереть, принялъ ядъ. Таковъ былъ конецъ Миѳридата. Погибъ онъ на Воспорѣ...

VI, 14. [Tigrane devicto] Pompeius mox etiam Albanis bellum intulit et eorum regem Oroden ter vicit, postremo per epistulas ac munera rogatus veniam ei ac pacem dedit. Hiberiae quoque regem Artocen vicit acie et in deditionem accepit. Armeniam minorem Deiotaro Galatiae regi donavit, quia socius belli Mithridatici fuerat... Aristarchum Colchis regem inposuit...

[Послѣ побѣды надъ Тиграномъ] Помпей вскорѣ пошелъ войною на Албанцевъ и трижды побѣдилъ царя ихъ Орода, но наконецъ, умилостивленный письмами и дарами, даровалъ ему прощеніе и миръ. Также и царя Иверскаго Артока онъ побѣдилъ въ бою и принялъ въ подданство. Малую Арменію онъ подарилъ Галатійскому царю Деіотару за то, что онъ былъ союзникомъ въ Миѳридатовской войнѣ... Надъ Колхами онъ поставилъ царемъ Аристарха...

VII, 9. Nullo tempore ante eum [sc. Augustum] magis Romana res floruit. nam exceptis civilibus bellis, in quibus invictus fuit, Romano adiecit imperio Aegyptum Cantabriam Dalmatiam... Pannoniam Aquitaniam Illyricum Raetiam Vindelicos et

Никогда Римское государство не было въ болѣе цвѣтущемъ состояніи [, чѣмъ въ вѣкъ Августа]: не говоря уже о гражданскихъ усобицахъ, въ которыхъ онъ былъ непобѣдимъ, онъ присоединилъ къ Римскимъ владѣніямъ Эгипетъ, Кантабрію,

Salassos in Alpibus, omnes Ponti maritimas civitates, in his nobilissimas Bosphorum et Panticapaea...

Далматію..., Паннонію, Аквитанію, Иллирикъ, Рэтію, Винделиковъ и Салассовъ въ Альпахъ, всѣ приморскія государства Понта, въ томъ числѣ самыя знаменитыя — Воспоръ и Пантикапэй...

10. Scythae et Indi, quibus antea Romanorum nomen incognitum fuerat, munera et legatos ad eum miserunt...

10. Скиѳы и Индійцы, которымъ ранѣе не было извѣстно самое имя Римлянъ, прислали ему съ посольствами дары...

VII, 23. Domitianus... expeditiones quattuor habuit, unam adversum Sarmatas, alteram adversum Cattos, duas adversum Dacos. de Dacis Cattisque duplicem triumphum egit, de Sarmatis solam lauream usurpavit. multas tamen calamitates isdem bellis passus est: nam in Sarmatia legio eius cum duce interfecta est et a Dacis Oppius Sabinus consularis et Cornelius Fuscus praefectus praetorio cum magnis exercitibus occisi sunt...

Домиціанъ... совершилъ четыре похода, — одинъ противъ Сарматовъ, другой противъ Каттовъ, *остальные* два противъ Даковъ. За Даковъ и Каттовъ дважды праздновалъ тріумфъ, за Сарматовъ получилъ только лавры. Однако онъ потерпѣлъ не мало несчастій въ этихъ войнахъ: въ Сарматіи былъ истребленъ его легіонъ вмѣстѣ съ полководцемъ, а въ Дакіи консуляръ Оппій Сабинъ и начальникъ преторіанцевъ Корнелій Фускъ были перебиты съ большими войсками.

VIII, 3. [Traianus] Armeniam quam occupaverant Parthi recepit Parthamasiri occiso qui eam tenebat. Albanis regem dedit. Iberorum regem et Sauromatarum et Bosporanorum et Arabum et Osdroenorum et Colchorum in fidem accepit...

[Траянъ] Арменію, которую заняли было Парѳы, отнялъ назадъ по убіеніи владѣвшаго ею Парѳамасира. Албанцамъ онъ далъ царя, а царей Иверовъ, Савроматовъ, Воспоранцевъ, Арабовъ, Оздроеновъ и Колховъ принялъ въ подданство.

VIII, 13... [Marcus Antoninus] bellum Marcomannicum confecit, quod cum his Quadi Vandali Sarmatae Suebi atque omnis barbaria commoverat, multa hominum milia interfecit, ac Pannoniis servitio liberatis Romae rursus cum Commodo Antonino, filio suo, quem iam Caesarem fecerat, triumphavit.

[Маркъ Антонинъ] окончилъ войну съ Маркоманнами, которую вмѣстѣ съ ними завязали Квады, Вандалы, Сарматы, Свевы и всѣ вообще варварскія племена, перебилъ много тысячъ людей и, освободивъ Паннонцевъ отъ рабства, снова имѣлъ въ Римѣ тріумфъ вмѣстѣ съ сыномъ своимъ Коммодомъ Антониномъ, которому уже далъ титулъ Цезаря.

IX, 8. Gallienus cum adulescens factus esset Augustus, imperium primum feliciter mox commode ad ultimum perniciose gessit... Dacia quae a Traiano ultra Danuvium fuerat adiecta tum amissa est, Graecia Macedonia Pontus Asia vastata est per Gothos. Pannonia a Sarmatis Quadisque populata est...

Галліенъ, юношею достигши престола, вначалѣ управлялъ счастливо, потомъ сносно, подъ конецъ гибельно... При немъ потеряна была Дакія, которая была присоединена Траяномъ за Дунаемъ; Греція, Македонія, Понтъ и Азія были опустошены Готѳами; Паннонія была ограблена Сарматами и Квадами...

IX, 15... [Aurelianus] provinciam Daciam, quam Traianus ultra Danuvium fecerat, intermisit vastato omni Illyrico et Moesia, desperans eam posse retineri, abductosque Romanos ex urbibus et agris Daciae in media Moesia collocavit appellavitque eam Daciam, quae nunc duas Moesias dividit et est dextra Danuvio in mare fluenti, cum antea fuerit in laeva.

Авреліанъ оставилъ провинцію Дакію, образованную Траяномъ за Дунаемъ, отчаявшись въ возможности удержать ее по опустошеніи всего Иллирика и Мезіи; выведенныхъ изъ городовъ и земель Дакіи Римлянъ онъ поселилъ среди Мезіи и назвалъ эту часть ея Дакіей; *такимъ образомъ* она лежитъ нынѣ между двумя Мезіями направо по теченію Дуная въ море, тогда какъ прежде была налѣво.

IX, 18... [Carus] dum bellum adversus Sarmatas gerit, nuntiato Persarum tumultu ad Orientem profectus res contra Persas nobiles gessit...

Каръ, во время войны съ Сарматами получивъ извѣстіе о возмущеніи Персовъ, двинулся на востокъ и удачно дѣйствовалъ противъ Персовъ.

IX, 25 extr. [Galerius Maximianus et Diocletianus] varia deinceps et simul et viritim bella gesserunt, Carpis et Basternis subactis, Sarmatis victis, quarum nationum ingentes captivorum copias in Romanis finibus locaverunt.

Галерій Максиміанъ и Діоклетіанъ вели одну за другою разныя войны и вмѣстѣ и поодиночкѣ, подчинили Карповъ и Бастерновъ, побѣдили Сарматовъ и поселили въ Римскихъ предѣлахъ огромныя массы плѣнныхъ изъ этихъ народовъ.

FESTVS.

ФЕСТЪ.

[Авторъ краткаго очерка Римской исторіи, написаннаго (подобно труду Евтропія) по порученію императора Валента позднѣе 369 г. «Im Ganzen ist das Elaborat ein durchaus dürftiges, das weit hinter Eutrop zurücksteht und den Verfasser als sehr unbedeutend erscheinen lässt». Schanz, Gesch. d. röm. Litter. IV, 1, стр. 75. —Текстъ: Festi Breviarium rerum gestarum populi Romani. Ed. C. Wagener. Lips. 1886].

Извлеченія и переводъ Г. Г. Зоргенфрея.

BREVIARIVM RERVM GESTARVM POPVLI ROMANI.

Cap. III. (Sub consulibus).... De Illyrico Histri, Liburni, Dalmatae domiti sunt, ad Achaiam transitum est, Macedones subacti, cum Dardanis, Moesis, et Thracibus bellatum est, etiam ad Danuvium usque perventum. In Asia, expulso Antiocho, primum pedem posuere Romani, Mithridate victo Pontus regnum eius occupatum est, Armenia minor, quam idem tenuerat, armis obtenta est, in Mesopotamiam Romanus pervenit exercitus, cum Parthis foedus initum est, contra Corduenos ac Saracenos et Arabas bellatum est....

КРАТКІЙ ОЧЕРКЪ ИСТОРІИ РИМСКАГО НАРОДА.

(При консулахъ) покорены были изъ Иллирика Истры, Либурны, Далматы, перешли къ Ахэѣ; покорены были Македоняне; съ Дарданцами, Мезійцами и Ѳракійцами вели войну и дошли даже вплоть до Дуная. Въ Азіи Римляне впервые стали *твердою* ногою по изгнаніи Антіоха; когда былъ побѣжденъ Миѳридатъ, занято было его царство Понтъ; Малая Арменія, которою владѣлъ тотъ же *Миѳридатъ*, занята была оружіемъ; Римское войско пришло въ Месопотамію; заключенъ былъ союзъ съ Парѳянами; воевали противъ Кордуэновъ, Сараценовъ и Арабовъ...

...... (Sub imperatoribus) omnis ora Danuvii in provincias est redacta. Pontus omnis, Armenia maior .... sub imperii Romani iura transivit.

(При императорахъ) все побережье Дуная было обращено въ провинціи. Весь Понтъ, Великая Арменія... перешли подъ власть Римскую.

Cap. VII. Dardanos et Moesiacos Curio proconsul subegit et primus Romanorum ducum ad Danuvium usque pervenit.

Проконсулъ Куріонъ покорилъ Дарданцевъ и Мезійцевъ и первый изъ вождей римскихъ дошелъ до Дуная.

Cap. VIII. Traianus Dacos sub rege Decibalo vicit et Daciam trans Danuvium in solo barbarico provinciam fecit, quae in circuitu habuit deciens centena millia passuum, sed sub Gallieno imperatore amissa est et per Aurelianum... duae Daciae in regionibus Moesiae ac Dardaniae factae sunt. Provincias habet Illyricus XVIII: Noricorum duas, Pannoniarum duas, Valeriam, Saviam, Dalmatiam, Moesiam superiorem, Dardaniam, Daciarum duas.

Траянъ побѣдилъ при царѣ Децибалѣ Даковъ и сдѣлалъ Дакію по ту сторону Дуная на варварской землѣ провинціею; она въ окружности имѣла 1000000 шаговъ, но при императорѣ Галліенѣ была потеряна; а Авреліаномъ установлены двѣ Дакійскія провинціи въ странахъ Мезіи и Дарданіи. Въ Иллирикѣ 18 провинцій: двѣ Норикскія, двѣ Паннонскія, Валерія, Савія, Далматія, Мезія, верхняя Дарданія, двѣ Дакійскія.

Cap. IX, Supra Pontum positas civitates (Lucullus) occupavit: Apolloniam, Calathum, Parthenopolim, Tomos, Histrum; ad Danuvium usque perveniens Romana Scythis arma monstravit. Ita dicioni rei publicae sex Thraciarum provinciae sunt adquisitae: Thracia, Haemimontus, Moesia inferior, Scythia, Rhodopa, Europa ....

Лукуллъ занялъ лежавшіе выше Понта города: Аполлонію, Калаѳъ, Парѳенополь, Томы, Истръ; доходя до ДануВія, онъ показалъ Скиѳамъ римское оружіе. Такимъ образомъ власти республики были пріобщены шесть ѳракійскихъ провинцій: Ѳракія, Гемимонтъ, Мезія нижняя, Скиѳія, Родопа, Европа...

Cap. XI. Pontus, per Pompeium victo Mithridate, rege Pontico, formam provinciae accepit.

Послѣ побѣды Помпея подъ Понтійскимъ царемъ Миѳридатомъ Понтъ былъ обращенъ въ провинцію.

Cap. XIV... sub Traiano principe regi maioris Armeniae diadema sublatum est, et per Traianum Armenia, Mesopotamia, Assyria et Arabia provinciae factae sunt...

...При императорѣ Траянѣ у царя Великой Арменіи былъ отнятъ (царскій) вѣнецъ, и Арменія, Месопотамія, Ассирія и Аравія были сдѣланы провинціями.

Cap. XVI. Cn. Pompeius expertae felicitatis, ad Mithridaticum bellum missus, Mithridaten in Armenia minore nocturno adgressus proelio superavit, caesis duobus et quadraginta milibus hostium castra eius invasit. Mithridates cum uxore et duobus comitibus in Bosphoron fugit, ibi desperatione rerum

Гн. Помпей съ испытаннымъ счастьемъ, посланный *для веденія* войны съ Миѳридатомъ, напавъ на него въ Малой Арменіи ночью, побѣдилъ въ сраженіи; перебивъ 42000 враговъ, онъ напалъ на его лагерь. Миѳридатъ съ женою и двумя спутниками убѣжалъ на Воспоръ; тамъ

suarum venenum hausit; et cum vis veneni parum ageret, a milite suo, ut ferro percuteretur, impetravit. Pompeius auxiliatorem Mithridatis Tigranen, Armeniorum regem, persecutus est; ille se ei oblato diademate apud Artaxata dedit. Receptae ab eo sunt Mesopotamia, Syriae et aliquanta pars Phoenices; atque intra Armeniam maiorem regnare permissus est. Idem Pompeius Bosphorianis et Colchis Aristarchum regem imposuit, cum Albanis conflixit, Orhodi, Albanorum regi, ter victo pacem dedit, Hiberiam cum Artace rege in ditionem accepit.

отчаявшись въ своемъ положеніи, онъ выпилъ ядъ; но такъ какъ сила яда мало дѣйствовала, то онъ упросилъ солдата пронзить его мечемъ. Помпей преслѣдовалъ помощника Миѳридата, царя Армянскаго Тиграна; тотъ, предложивъ ему вѣнецъ, сдался у Артаксаты. Отъ него взяты были Месопотамія, Сирія и нѣкоторая часть Финикіи, и разрѣшено было царствовать въ Великой Арменіи. Тотъ же Помпей поставилъ надъ Воспоранцами и Колхами царемъ Аристарха: онъ сразился съ Албанцами; царю Албанцевъ Ороду, трижды побѣжденному, онъ даровалъ миръ *и* принялъ подъ власть Иверію съ царемъ Артакомъ.

Cap. XX. Nero... amisit Armeniam... ...Traianus.... Armeniam recepit a Parthis, sublato diademate Armeniae maioris regnum ademit. Albanis regem dedit, Hiberos, Bosphorianos, Colchos in fidem Romanae dicionis accepit...

Неронъ потерялъ Арменію... Траянъ... отнялъ обратно отъ Парѳянъ Арменію; уничтоживъ вѣнецъ, лишилъ царя Великой Арменіи власти. Далъ Албанцамъ царя; принялъ въ римское подданство Иверійцевъ, Воспорійцевъ, Колховъ.

AMMIANVS MARCELLINVS.

АММІАНЪ МАРЦЕЛЛИНЪ.

2, 1. Сѣменемъ всѣхъ несчастій и корнемъ разнородныхъ бѣдствій, которыя возбудила воинственная ярость обычнымъ, все смѣшивающимъ пожаромъ, послужила, какъ намъ извѣстно, слѣдующая причина. Племя Гунновъ, о которомъ мало знаютъ древніе памятники, живетъ за Мэотійскими болотами у Ледовитаго океана и превосходитъ всякую мѣру дикости. 2. При самомъ рожденіи дѣлаются на щекахъ ребенка глубокіе надрѣзы *острымъ* оружіемъ для того, чтобы ростъ выступающихъ въ свое время волосъ притуплялся образующими морщины рубцами, и такимъ образомъ они старѣются безбородыми и лишенными всякой красоты, подобно евнухамъ; всѣ они отличаются плотными и крѣпкими членами, толстыми затылками и вообще столь страшнымъ и чудовищнымъ видомъ, что можно принять ихъ за двуногихъ звѣрей или *уподобить* сваямъ, которыя грубо вытесываются при постройкѣ мостовъ. 3. При столь непріятномъ человѣческомъ обликѣ они такъ дики, что не употребляютъ ни огня, ни приготовленной пищи, а питаются кореньями полевыхъ травъ и полусырымъ мясомъ всякаго скота, которое кладутъ между своими бедрами и лошадиными спинами и скоро нагрѣваютъ пареніемъ. 4. Они никогда не прикрываются никакими строеніями и питаютъ къ нимъ отвращеніе какъ къ гробницамъ, отрѣшеннымъ отъ обычнаго людского обихода. У нихъ нельзя найти даже покрытаго тростникомъ шалаша; кочуя по горамъ и лѣсамъ, они съ колыбели пріучаются переносить холодъ, голодъ и жажду; и на чужбинѣ они не входятъ въ жилища за исключеніемъ развѣ крайней необходимости; у нихъ даже не считается безо-

1) et pavendi *Gardth.*: set pandi *V*, set parvi *Eyssenh.* || 2) *post* tectis *lac. 8 litt. V.*

haedinis, eorumque calcei formulis nullis aptati vetant incedere gressibus liberis. qua causa ad pedestres parum adcommodati sunt pugnas, verum equis prope adfixi, duris quidem sed deformibus, et muliebriter isdem non numquam insidentes funguntur muneribus consuetis. ex ipsis quivis in hac natione pernox et perdius emit et vendit cibumque sumit et potum, et inclinatus cervici angustae iumenti in altum soporem ad usque varietatem effunditur somniorum. 7. et deliberatione super rebus proposita seriis hoc habitu omnes in commune consultant. aguntur autem nulla severitate regali; sed tumultuario primatum ductu contenti perrumpunt quicquid inciderit. 8. et pugnant non numquam lacessiti sed ineuntes proelia cuneatim variis vocibus sonantibus torvum. utque ad pernicitatem sunt leves et repentini, ita subito de industria dispersi vigescunt, et inconposita acie cum caede vasta discurrunt, nec invadentes vallum nec castra inimica pilantes prae nimia rapiditate [1]) cernuntur. 9. eoque omnium acerrimos facile dixeris bellatores, quod procul missilibus telis, acutis ossibus pro spiculorum acumine arte mira coagmentatis, et distantia *percursa* [2]) comminus ferro sine sui respectu *confligunt* [3]), hostisque, dum mucronum noxias observant, contortis laciniis inligant, ut laqueatis resistentium membris equitandi vel gradiendi adimant facultatem. 10. nemo apud eos arat nec stivam aliquando contingit. omnes enim sine sedibus fixis, absque lare vel lege aut victu [4]) stabili dispalantur, semper fugientium similes, cum carpentis, in quibus habitant. ubi coniuges taetra [5]) illis vestimenta contexunt et coeunt cum maritis et pariunt et ad usque pubertatem nutriunt pueros. nullusque apud eos interrogatus respondere, unde oritur, potest, alibi conceptus, natusque procul, et longius educatus. 11. per indutias infidi, inconstantes, ad omnem auram incidentis spei novae perquam mobiles, totum furori incitatissimo tribuentes. inconsultorum animalium ritu, quid honestum inhonestumve sit penitus ignorantes, flexiloqui et obscuri, nullius religionis reverentia ali-

паснымъ находиться подъ кровлею. 5. Они одѣваются въ одежды холщевыя или сшитыя изъ шкурокъ лѣсныхъ мышей; у нихъ нѣтъ различія между домашней и выходной одеждой; разъ надѣтая туника устарѣлаго цвѣта снимается или мѣняется не прежде, чѣмъ отъ долговременнаго гніенія расползется въ лохмотья. 6. Головы они прикрываютъ кривыми шапками, а волосатыя ноги защищаютъ козьими шкурами; обувь, не пригнанная ни на какую колодку, мѣшаетъ выступать свободнымъ шагомъ. Поэтому они плохо дѣйствуютъ въ пѣшихъ стычкахъ; но *зато*, какъ бы приросшіе къ своимъ выносливымъ, но безобразнымъ навидъ лошаденкамъ и иногда сидя на нихъ по женски, они исполняютъ всѣ обычныя *свои* дѣла: на нихъ каждый изъ этого племени ночуетъ и днюетъ, покупаетъ и продаетъ, ѣстъ и пьетъ и, пригнувшись къ узкой шеѣ своей скотины, погружается въ глубокій сонъ съ разнообразными сновидѣніями. 7. Если случится разсуждать о серьезныхъ дѣлахъ, они всѣ сообща совѣтуются въ томъ же обычномъ положеніи. Они не подчинены строгой власти царя, а довольствуются случайнымъ предводительствомъ знатнѣйшихъ и сокрушаютъ все, что попадается *на пути*. 8. Иногда, угрожаемые нападеніемъ, они вступаютъ въ битвы клинообразнымъ строемъ съ свирѣпыми криками. Будучи чрезвычайно легки на подъемъ, они иногда неожиданно и нарочно разсыпаются въ разныя стороны и рыщутъ нестройными толпами, разнося смерть на широкое пространство; вслѣдствіе ихъ необычайной быстроты не случается, чтобы они нападали на укрѣпленія или грабили непріятельскій лагерь. 9. Ихъ потому можно назвать самыми яростными воителями, что издали они сражаются метательными копьями, на концѣ которыхъ вмѣсто острія съ удивительнымъ искусствомъ придѣланы острыя кости, а въ рукопашную рубятся, очертя голову, мечами и, сами уклоняясь отъ удара кинжаловъ, набрасываютъ на враговъ крѣпко свитые арканы для того, чтобы, опутавъ члены противни-

1) rapiditate *Valesius*: parit de *V*, parte de *A*. || 2) distantia percursa *Gardth.*: distint [*lac. 12 litt.*] *V*, distinctis *A*. || 3) confligunt *Gardth.*: con [*lac. 7 litt.*] hostisque *VA*. || 4) victu *Gardth.*: vitu *VA*. || 5) taetra *Vales.*: terra *V*.

quando districti, auri cupidine inmensa flagrantes, adeo permutabiles et irasci faciles, ut eodem aliquotiens die a sociis nullo inritante Saepe desciscant, itidemque propitientur nemine leniente.

ковъ, отнять у нихъ возможность усидѣть на конѣ или уйдти пѣшкомъ. 10. У нихъ никто не занимается хлѣбопашествомъ и никогда не касается сохи. Всѣ они, не имѣя ни опредѣленнаго мѣста жительства, ни домашняго очага, ни законовъ, ни устойчиваго образа жизни, кочуютъ по разнымъ мѣстамъ, какъ будто вѣчные бѣглецы, съ кибитками, въ которыхъ они проводятъ жизнь. Здѣсь жены ткутъ имъ жалкую одежду, спятъ съ мужьями, рожаютъ дѣтей и кормятъ ихъ до возмужалости. Никто изъ нихъ не можетъ отвѣтить на вопросъ, гдѣ его родина: онъ зачатъ въ одномъ мѣстѣ, рожденъ далеко оттуда, вскормленъ еще дальше. 11. Въ перемиріи они невѣрны и непостоянны, быстро увлекаются всякимъ дуновеніемъ новой надежды и во всемъ полагаются на свою необузданную храбрость. Подобно неразумнымъ животнымъ, они не имѣютъ никакого понятія о чести и безчестіи; они уклончивы и темны въ рѣчахъ, никогда не связаны уваженіемъ къ религіи; они пылаютъ неудержимою страстью къ золоту и до такой степени непостоянны и вспыльчивы, что иногда въ одинъ и тотъ же день безъ всякаго подстрекательства измѣняютъ своимъ союзникамъ и снова примиряются безъ всякаго посредничества.

12. Hoc expeditum indomitumque hominum genus, externa praedandi aviditate flagrans inmani, per rapinas finitimorum grassatum et caedes ad usque Halanos [1]) pervenit, veteres Massagetas, qui unde sint aut quas incolant terras — quoniam huc res prolapsa est — consentaneum est demonstrare, geographica perplexitate monstrata, quae diu multa luda........ [2]) et varia, tandem repperit veritatis interna...... [3])

12. Этотъ подвижный и неукротимый народъ, пылающій неудержимою страстью къ похищенію чужой *собственности*, двигаясь впередъ среди грабежей и рѣзни сосѣднихъ народовъ, дошелъ до Алановъ, прежнихъ Массагетовъ. Разъ коснувшись ихъ, не лишнимъ будетъ объяснить, откуда они происходятъ и какія населяютъ земли, показавъ при этомъ запутанность географической науки, которая долго многое... и различное, наконецъ нашла истину.....

13. *Abundans* Hister advenarum magnitudine fluenti Sauromatas praetermeat ad usque amnem Tanaim pertinentes, qui Asiam terminat ab Europa. hoc transito in inmensum extentas Scythiae solitudines Halani inhabitant, ex montium appellatione cognominati, paulatimque nationes conterminas crebritate victoriarum adtritas ad gentilita-

13. Истръ со множествомъ притоковъ течетъ мимо *земли* Савроматовъ, простирающейся до рѣки Танаида, составляющей границу Азіи и Европы. За нею тянутся безконечныя степи Скиѳіи, населенныя Аланами, получившими свое названіе отъ горъ; они мало по малу постоянными побѣдами изнурили сосѣдніе народы и рас-

---

1) Alanos *Vales.:* ad alam *V*, Achaiam *A*; veteres *Vales.:* Res V^1, Restant V^2 *A.* || 2) post luda *lac. 9 litt V*, *6 litt. A.* || 3) interna [*lac. 18* (13 A) *litt.*] ad hister (Ister *A*) *VA*. Abundans supplevit *Gardth.*

tem sui vocabuli traxerunt, ut Persae. 14. inter hos Nervi mediterranea incolunt loca, vicini verticibus celsis, quos praeruptos geluque torpentes aquilones adstringunt. post quos Vidini sunt et Geloni perquam feri, qui detractis peremptorum hostium cutibus indumenta sibi, equisque tegmina conficiunt bellatoria [1]). Gelonis Agathyrsi conlimitant, interstincti colore caeruleo corpora simul et crines, et humiles quidem minutis atque raris, nobiles vero latis, fucatis et densioribus notis. 15. post hos Melanchlaenas et Anthropophagos palari accepimus per diversa, humanis corporibus victitantes, quibus ob haec alimenta nefanda desertis finitimi omnes longa petiere terrarum. ideoque plaga omnis orienti aestivo obiecta usque dum venitur ad Seras, inhabitabilis mansit. 16. parte alia prope Amazonum sedes Halani sunt orienti adclines, diffusi per populosas gentes et amplas, Asiaticos vergentes in tractus, quas dilatari ad usque Gangen accepi fluvium intersecantem terras Indorum mareque inundantem australe.

пространили на нихъ названіе своей народности, подобно Персамъ. 14. Между этими *народами* срединное положеніе занимаютъ Невры, сосѣди высокихъ и обрывистыхъ горъ, на которыхъ все коченѣетъ отъ мороза и порывистыхъ сѣверныхъ вѣтровъ. За ними живутъ Видины и чрезвычайно дикіе Гелоны, которые снимаютъ кожу съ убитыхъ враговъ и дѣлаютъ изъ нея одежды себѣ и боевыя попоны для своихъ коней. Съ Гелонами сопредѣльны Агаѳирсы, раскрашивающіе голубой краской свои тѣла и волосы,— люди низшаго сословія мелкими и рѣдкими *узорами*, а благородные — широкими, яркими и болѣе частыми. 15. За ними, говорятъ, кочуютъ по разнымъ *мѣстамъ* Меланхлэны и Анѳропофаги, питающіеся человѣческимъ мясомъ. Всѣ сосѣдніе *народы* покинули ихъ вслѣдствіе этого безчеловѣчнаго *способа* питанія и ушли въ отдаленныя земли; поэтому-то вся страна, обращенная къ лѣтнему востоку, остается необитаемою вплоть до Серовъ. 16. Въ другой сторонѣ близь поселеній Амазонокъ живутъ Аланы, обращенные къ востоку и разсѣянные между многолюдными и обширными племенами; *ихъ владѣнія приближаются* къ Азіатскимъ землямъ и простираются, какъ я узналъ, до самой рѣки Ганга, пересѣкающей Индійскія земли и впадающей въ южное море.

17. Bipertiti [2]) per utramque mundi plagam Halani — quorum gentes varias nunc recensere non refert—licet dirempti spatiis longis, per pagos ut Nomades vagantur inmensos, aevi tamen progressu ad unum concessere vocabulum et summatim omnes Halani cognominantur *ob* mores [3]) et modum efferatum vivendi eandemque armaturam. 18. nec enim ulla sunt illisce tuguria aut versandi vomeris cura, sed carne et copia victitant lactis, plaustris supersidentes, quae operimentis curvatis corticum per solitudines conferunt sine fine distentas. cumque ad graminea venerint, in orbiculatam figuram locatis sarracis ferino ritu vescuntur, absumptis-

17. Раздѣленные такимъ образомъ по обѣимъ частямъ свѣта, Аланы (нѣтъ надобности перечислять теперь ихъ разныя племена), живя на далекомъ разстояніи одни отъ другихъ, какъ Номады, перекочевываютъ на огромныя пространства; однако съ теченіемъ времени они приняли одно имя и теперь всѣ вообще называются Аланами за *свои* обычаи, дикій образъ жизни и одинаковое вооруженіе. 18. У нихъ нѣтъ никакихъ шалашей, нѣтъ заботы о хлѣбопашествѣ, питаются они мясомъ и въ изобиліи молокомъ, живутъ въ кибиткахъ съ изогнутыми покрышками изъ древесной коры и перевозятъ ихъ по без-

---

1) bellatoria *Gardth.:* bellatur gē *V*, bellatrix gens *A*, bellatoriis *Valesius.* || 2) Bipertiti *Gardth.*: ibi pertiti *V.* || 3) ob *add. Vales.*; modum efferatum vivendi *Gardth.:* media et efferatam vivendis *VA*, eosdem et feritatem vivendi *Vales.;* eandemque armaturam *Gardth.:* etiam inmatarum *V*, similem et armaturam *Vales.*; *lacunam indic. Wagner et Eyssenh.*

que pabulis velut carpentis civitates inpositas vehunt maresque supra cum feminis coeunt et nascuntur in his et educantur infantes, et habitacula sunt haec illis perpetua, et quocumque ierint, illic genuinum existimant larem. 19. armenta prae se agentes cum gregibus pascunt, maximeque equini pecoris est eis sollicitior cura. ibi campi semper herbescunt, intersitis pomiferis locis: atque ideo transeuntes quolibet, nec alimentis nec pabulis indigent, quod efficit umectum solum et crebri fluminum praetermeantium cursus. 20. omnis igitur aetas et sexus inbellis circa vehicula ipsa versatur, muniisque distringitur mollibus: iuventus vero equitandi usu a prima pueritia coalescens incedere pedibus existimat vile, et omnes multiplici disciplina prudentes sunt bellatores. unde etiam Persae, qui sunt originitus Scythae, pugnandi sunt peritissimi.

предѣльнымъ степямъ. Придя на изобильное травою *мѣсто*, они располагаютъ въ видѣ круга свои кибитки и питаются по звѣриному; истребивъ весь кормъ для скота, они снова везутъ, такъ сказать, свои города, расположенные на повозкахъ. На нихъ мужчины соединяются съ женщинами, на нихъ рождаются и воспитываются дѣти; это ихъ постоянныя жилища и, куда бы они ни пришли, то *мѣсто* и считаютъ роднымъ очагомъ. 19. Гоня передъ собою упряжныхъ животныхъ и стада, они пасутъ ихъ; наибольшую заботу они прилагаютъ къ уходу за лошадьми. Тамъ есть вѣчно зеленыя равнины въ перемежку съ рощами плодовыхъ деревьевъ; поэтому куда бы они ни переселялись, они не терпятъ недостатка ни въ пищѣ для себя, ни въ кормѣ для скота; это производитъ влажная почва и большое количество протекающихъ тамъ рѣкъ. 20. Все, что по возрасту и полу непригодно для войны, держится около кибитокъ и занимается мирными дѣлами; а молодежь, съ ранняго дѣтства сроднившись съ верховою ѣздою, считаетъ позоромъ ходить пѣшкомъ; всѣ они вслѣдствіе разнообразныхъ упражненій являются дѣльными воинами. Поэтому-то и Персы, по происхожденію Скиѳы, очень опытны въ военномъ дѣлѣ.

21. Proceri autem Halani paene sunt omnes et pulchri, crinibus mediocriter flavis, oculorum temperata torvitate terribiles et armorum levitate veloces, Hunisque per omnia suppares, verum victu mitiores et cultu, latrocinando [1]) et venando ad usque Maeotica stagna et Cimmerium Bosporum itidemque Armenios discurrentes et Mediam. 22. utque hominibus quietis et placidis otium est voluptabile, ita illos pericula iuvant et bella. iudicatur ibi beatus qui in proelio profuderit animam, senescentes enim et fortuitis mortibus mundo digressos ut degeneres et ignavos conviciis atrocibus insectantur, nec quicquam est quod elatius iactent quam homine quolibet occiso, proque exuviis gloriosis interfectorum avulsis capitibus detractas pelles pro phaleris iumentis accommodant bellatoriis. 23. nec templum apud eos visitur aut delubrum; ne tugurium quidem culmo tectum cerni usquam potest,

21. Почти всѣ Аланы высоки ростомъ и красивы, съ умѣренно бѣлокурыми волосами; они страшны сдержанно-грознымъ взглядомъ своихъ очей, очень подвижны вслѣдствіе легкости вооруженія и во всемъ похожи на Гунновъ, только съ болѣе мягкимъ и болѣе культурнымъ образомъ жизни; съ цѣлью грабежа или охоты они доѣзжаютъ до Мэотійскаго болота и Киммерійскаго Воспора, даже до Арменіи и Мидіи. 22. Какъ мирный образъ жизни пріятенъ людямъ спокойнымъ и тихимъ, такъ имъ доставляютъ удовольствіе опасности и войны. У нихъ считается счастливымъ тотъ, кто испускаетъ духъ въ сраженіи, а стариковъ или умершихъ отъ случайныхъ болѣзней они преслѣдуютъ жестокими насмѣшками, какъ выродковъ и трусовъ; они ничѣмъ такъ не хвастаются, какъ убіеніемъ какого-нибудь человѣка, и въ видѣ славныхъ трофеевъ навѣшиваютъ

1) latrocinando *Lindenbr.*: la [*lac. 6 litt.*] inando *V.*

sed gladius barbarico ritu humi figitur nudus, eumque ut Martem, regionum, quas circumcircant [1]) praesulem verecundius colunt. 24. futura miro praesagiunt modo. nam rectiores virgas vimineas [2]) colligentes, easque cum incantamentis quibusdam secretis praestituto tempore discernentes, aperte quid portendatur [3]) norunt. 25. servitus quid sit ignorabant, omnes generoso semine procreati, iudicesque etiam nunc eligunt diuturno bellandi usu spectatos. sed ad reliqua textus propositi revertamur.

вмѣсто украшенія на своихъ боевыхъ коней кожи, содранныя съ отрѣзанныхъ головъ убитыхъ. 23. У нихъ не видно ни храмовъ, ни святилищъ, нигдѣ не усмотрѣть у нихъ даже покрытыхъ соломою хижинъ; они по варварскому обычаю втыкаютъ въ землю обнаженный мечъ и съ благоговѣніемъ покланяются ему, какъ Марсу, покровителю странъ, по которымъ они кочуютъ. 24. О будущемъ они гадаютъ страннымъ способомъ: собираютъ прямые ивовыя прутья, въ опредѣленное время раскладываютъ ихъ съ какими-то тайными наговорами и такимъ образомъ ясно узнаютъ, что имъ предвѣщается. 25. Они не имѣли никакого понятія о рабствѣ, будучи всѣ одинаково благороднаго происхожденія; въ судьи [1]) они до сихъ поръ выбираютъ лицъ, долгое время отличавшихся военными подвигами. Возвратимся однако къ изложенію остальнаго изъ нашей задачи.

Cap. 3, § 1. Igitur Huni pervasis Halanorum regionibus quos Greuthungis confines Tanaitas consuetudo nominavit, interfectisque multis et spoliatis, reliquos sibi concordandi fide pacta iunxerunt, eisque adiuti [4]) confidentius Ermenrichi late patentes et uberes pagos repentino impetu perruperunt, bellicosissimi regis et per multa variaque fortiter facta vicinis nationibus formidati. 2. qui vi subitae procellae perculsus quamvis manere fundatus et stabilis diu conatus est, inpendentium tamen diritatem augente vulgatius fama, magnorum discriminum metum voluntaria morte sedavit. 3. cuius post obitum rex Vithimiris creatus restitit aliquantisper Halanis, Hunis aliis fretus, quos mercede sociaverat partibus suis. verum post multas, quas pertulit clades, animam effudit in proelio, vi superatus armorum. cuius parvi filii Viderichi nomine curam susceptam Alatheus tuebatur et Saphrax, duces exerciti et firmitate pectorum noti, qui cum tempore arto praeventi abiecissent fiduciam repugnandi, cautius discedentes ad amnem Danastium [5]) pervenerunt,

3, 1. Именно Гунны, вторгнувшись въ земли *тѣхъ*Алановъ, которые сопредѣльны съ Гревтунгами и обыкновенно называются Танаитами, многихъ перебили и ограбили, а остальныхъ присоединили къ себѣ по условіямъ мирнаго договора; при ихъ содѣйствіи они съ большею увѣренностью внезапнымъ натискомъ ворвались въ обширныя и плодородныя владѣнія Ерменриха, царя весьма воинственнаго, многочисленными и разнообразными подвигами храбрости наведшаго страхъ на сосѣдніе народы. 2. Пораженный силою внезапно надвинувшейся бури, онъ долго пытался удержаться твердо и прочно, но потомъ, когда молва преувеличила свирѣпость нападавшихъ, онъ добровольною смертью подавилъ страхъ большихъ бѣдствій. 3. Послѣ его смерти новый царь Виѳимиръ нѣсколько времени сопротивлялся Аланамъ, полагаясь на другихъ Гунновъ, которыхъ онъ деньгами привлекъ на свою сторону; но послѣ многихъ пораженій потерялъ жизнь въ битвѣ, подавленный силою оружія. Его маленькаго сына, по имени Видериха, при-

---

1) circumcircunt *V*, circumeunt *A*. || 2) femineas *VA*. || 3) portendatur *Eyssenh.*: portetur *VA*. || 4) adiuti *Eyssenh.*: adiutis *V*, adiunctis *A*. || 5) danastium *V*, Danastum *A*, Danastrum *Valesius*.

1) Вѣроятно iudices здѣсь = praesides (начальники, правители).

inter Histrum et Borysthenem per camporum ampla spatia diffluentem. 4. haec ita praeter spem accidisse doctus Athanarichus Thervingorum iudex—in quem, ut ante relatum est, ob auxilia missa Procopio dudum Valens commoverat signa—stare gradu fixo temptabat, surrecturus in vires, si ipse quoque lacesseretur, ut ceteri. 5. castris denique prope Danasti margines ac Greuthungorum [1]) vallem longius oportune metatis, Munderichum ducem postea limitis per Arabiam, cum Lagarimano et optimatibus aliis ad usque vicensimum lapidem misit, hostium speculaturos adventum, ipse aciem nullo turbante interim struens. 6. verum longe aliter, quam rebatur, evenit. Huni enim, ut sunt in coniectura sagaces, multitudinem esse longius aliquam suspicati, praetermissis quos viderant, in quietem tamquam nullo obstante conpositis, rumpente noctis tenebras [2]) luna vado fluminis penetrato, id quod erat potissimum elegerunt, et veriti, ne praecursorius index procul agentes absterreat, Athanarichum ipsum ictu petivere veloci (7) eumque stupentem ad impetum primum, amissis quibusdam suorum, coegerunt ad effugia [3]) properare montium praeruptorum. qua rei novitate maioreque venturi pavore constrictus a superciliis Gerasi fluminis ad usque Danubium Taifalorum terras praestringens, muros altius erigebat: hac lorica diligentia celeri consummata, in tuto locandam securitatem suam existimans et salutem. 8. dumque efficax opera suscitatur, Huni passibus eum citis urgebant et iam oppresserant adventantes, ni gravati praedarum onere destitissent.

пяли подъ свою опеку и защиту Алаѳей и Сафраксъ, искусные и извѣстные твердостью духа вожди; вслѣдствіе краткости времени потерявъ увѣренность въ возможности сопротивленія, они осторожно удалились и пришли къ рѣкѣ Данастію, протекающей по широкимъ равнинамъ между Истромъ и Борисѳеномъ. 4. Получивъ извѣстіе объ этихъ неожиданныхъ событіяхъ судья Ѳервинговъ Аѳанарихъ (противъ котораго, какъ сказано выше, Валентъ давно уже двинулся походомъ, *чтобы наказать* за помощь, посланную Прокопію) пытался было стать твердою ногою, чтобы помѣряться силами въ случаѣ, если онъ будетъ затронутъ подобно другимъ. 5. Затѣмъ, устроивъ на удобномъ мѣстѣ просторный лагерь на берегахъ Данаста близъ вала Гревтунговъ, онъ выслалъ Мундериха (бывшаго потомъ пограничнымъ начальникомъ въ Аравіи) съ Лагариманомъ и другими вельможами впередъ на 20000 шаговъ, для того чтобы выслѣдить приближеніе враговъ, а самъ въ это время безъ всякой помѣхи сталъ готовиться къ бою. 6. Но *дѣло* вышло совершенно иначе, нежели онъ разсчитывалъ: Гунны съ свойственною имъ догадливостью заподозрили, что далѣе стоитъ какое-нибудь войско, и, пропустивъ замѣченные ими *отряды*, спокойно расположившіеся на *ночной* отдыхъ, при свѣтѣ луны, разсѣевавшемъ ночной мракъ, перешли въ бродъ рѣку и избрали наилучшій образъ дѣйствій (?); при этомъ боясь, чтобы передовой вѣстникъ не испугалъ находившихся дальше, быстрымъ натискомъ бросились на самаго Аѳанариха, (7) ошеломили его первымъ ударомъ, перебили нѣсколькихъ изъ его *людей* и принудили поспѣшно искать убѣжища въ утесистыхъ горахъ. Пораженный этою новостью и *еще* большимъ страхомъ за будущее, *онъ* сталъ возводить высокія стѣны отъ береговъ рѣки Гераса до Данубія, пересѣкая земли Таифаловъ; онъ полагалъ, что, устроивъ съ быстрымъ стараніемъ этотъ панцырь, онъ *вполнѣ* обезопаситъ свою цѣлость и невредимость. 8. Но, пока сооружалась эта постройка, Гунны тѣснили его быстрымъ на-

1) ac Greuthungorum *Valesius:* agere ut ingorii *V.* || 2) tenebras luna *Lindenbr.:* tenebris lune *V.* || 3) effugia: suffugia *Kiessling.*

ступленіемъ и могли бы совсѣмъ раздавить его своимъ нашествіемъ, если бы не отступили *отъ этого дѣла*, обремененные тяжестью добычи.

Fama tamen late serpente per Gothorum reliquas gentes, quod invisitatum ante hac hominum genus modo nivium [1]), ut turbo montibus celsis, ex abdito sinu coortum adposita quaeque convellit *et* corrumpit, populi pars maior, quae Athanaricum attenuata necessariorum penuria deseruerat, quaeritabat domicilium remotum ab omni notitia barbarorum, diuque deliberans, quas eligeret sedes, cogitavit Thraciae receptaculum gemina ratione sibi conveniens, quod et caespitis est feracissimi et amplitudine fluentorum Histri distinguitur ab arvis [2]), patentibus iam peregrini fulminibus Martis: hoc quoque idem residui velut mente cogitavere communi.

Между тѣмъ среди прочихъ Готескихъ племенъ широко разнеслась молва, что невиданный дотолѣ родъ людей, поднявшихся, какъ снѣгъ, изъ укромнаго угла, вырываетъ и уничтожаетъ все, что попадется на встрѣчу, подобно вихрю, *несущемуся* съ высокихъ горъ. Поэтому большая часть народа, которая покинула Аѳанариха вслѣдствіе недостатка въ жизненныхъ припасахъ, искала *себѣ* жительства, удаленнаго отъ всякаго слуха о варварахъ, и, послѣ долгихъ совѣщаній, какія выбрать мѣста для поселенія, рѣшила, что Ѳракія будетъ ей убѣжищемъ вполнѣ подходящимъ по двумъ причинамъ, такъ какъ *во-первыхъ* она имѣетъ чрезвычайно плодородную почву и *во-вторыхъ* мощнымъ теченіемъ Истра отдѣляется отъ полей, уже открытыхъ для перуновъ чужеземнаго Марса. То же самое рѣшили, какъ бы общимъ совѣтомъ, и остальные.

Cap. 4, § 1. Itaque duce Alavivo ripas occupavere Danubii missisque oratoribus ad Valentem suscipi se humili prece poscebant et quiete victuros se pollicentes et daturos, si res flagitasset, auxilia...

4, 1. Итакъ они подъ предводительствомъ Алавива заняли берега Данубія и, пославъ ораторовъ къ Валенту, униженно просили принять ихъ, обѣщая жить спокойно и подавать помощь по требованію обстоятельствъ...

---

12. Per hos dies interea etiam Vithericus Greuthungorum rex cum Alatheo et Saphrace, quorum arbitrio regebatur, itemque Farnobio propinquans Histri marginibus, ut simili susciperetur humanitate obsecravit imperatorem legatis propere missis. 13. quibus, ut communi rei conducere videbatur, repudiatis et quid capesserent anxiis, Athanarichus paria pertimescens abscessit memor Valentem dudum cum foederaretur concordia despexisse, adfirmantem se religione devinctum, ne calcaret solum aliquando Romanum, hacque causatione principem firmare pacem in medio flumine coegisse: quam simultatem veritus ut adhuc durantem, ad Caucalandensem locum alti-

12. Между тѣмъ въ тѣ же дни и царь Гревтунговъ Виѳерикъ съ Алаѳеемъ и Сафраксомъ, совѣтами которыхъ онъ руководился, а также съ Фарнобіемъ, приблизился къ берегамъ Истра и, наспѣхъ отправивъ пословъ, заклиналъ императора принять его столь же человѣколюбиво. 13. Когда они были отвергнуты, какъ того, казалось, требовала польза государства, и не знали, что предпринять *далѣе*, Аѳанарихъ, боясь того же, удалился, помня, что онъ когда-то, при заключеніи мирнаго договора, оказалъ пренебреженіе Валенту, утверждая, что онъ связанъ клятвою никогда не вступать ногою на Римскую почву, и подъ этимъ предлогомъ вывудилъ

---

1) nivium *Gronovius:* nierum *V,* ruens *A.* || 2) ab arvis *A*, abarbis *V*, abarbaris *Valessius;* patentibus: petentibus *VA.*

tudine silvarum inaccessum et montium cum suis omnibus declinavit, Sarmatis inde extrusis...

императора утвердить мирный договоръ на срединѣ рѣки. Опасаясь, что это неудовольствіе еще продолжается *у Валента*, онъ со всѣми своими уклонился въ мѣстность Кавкаландескую, неприступную вслѣдствіе высоты лѣсовъ и горъ, вытѣснивъ оттуда Сарматовъ...

[Quae deinceps narrat scriptor de rebus in Thracia gestis excerpere supersedi].

[Дальнѣйшій разсказъ автора о событіяхъ во Ѳракіи не приводится].

Q. AVRELIVS SYMMACHVS.

КВ. АВРЕЛІЙ СИММАХЪ.

[Род. около 340, ум. въ 402 г. Происходилъ изъ знатной фамиліи и былъ весьма виднымъ государственнымъ дѣятелемъ (въ 391 г. былъ консуломъ). Извѣстенъ, между прочимъ, своею борьбою противъ христіанства. Въ исторіи литературы извѣстенъ панегирическими рѣчами и письмами, которыя были собраны и изданы въ 10 книгахъ его сыномъ Кв. Фабіемъ Меммiемъ Симмахомъ. Въ этомъ сборникѣ особенно интересна переписка Симмаха съ его другомъ Авзоніемъ. См. Schanz, Gesch. d. röm. Litt. IV, 1, стр. 109 сл. — Текстъ: Monumenta Germaniae historica. Auct. antiquissim. t. VI p. prior. Q. Aurelii Symmachi quae supersunt ed. Otto Seeck. Berol. 1883].

EPISTOLARVM LIBRI DECEM.

ПИСЕМЪ ДЕСЯТЬ КНИГЪ.

Lib. I ep. XIV. Symmachus Ausonio [1]).

. . . Hunc [sc. Mosellam] tu mihi inproviso clarorum versuum dignitate Aegyptio Melone maiorem, frigidiorem Scythico Tanai clarioremque hoc nostro populari reddidisti...

Кн. I, п. 14: Симмахъ къ Авзонію.

. . . Эту *рѣку* [т. е. Мозель] ты неожиданно достоинствами *твоихъ* славныхъ стиховъ сдѣлалъ для меня больше египетскаго Мелона, холоднѣе скиѳскаго Танаида и славнѣе нашей родной *рѣки*...

Lib. X, ep. XXXXVII (LXI. LXVIII) [2]).

Bellorum quidem vestrorum gloriosos exitus fama non occulit, sed maior est victoriae fides quae oculis adprobatur, ddd. imppp. Valentiniane Theodosi et Arcadi, inclyti victores ac triumphatores semper Augusti. Dudum fando acceperat Romanus populus caesorum funera Sarmatarum, at nunc confirmata est nuntiorum laetitia spectaculo triumphali...

Кн. X, п. 47 (61. 68).

Молва, конечно, не скрыла славнаго исхода вашихъ войнъ, но больше достовѣрность побѣды, которая подтверждается *собственными* глазами, государи императоры Валентиніанъ, Ѳеодосій и Аркадій, славные побѣдители и тріумфаторы, вѣчно Августы. Римскій народъ давно уже узналъ по слухамъ о пораженіи перебитыхъ Сарматовъ; но теперь радостныя извѣстія подтверждены зрѣлищемъ тріумфа...

---

1) A. 370—371.

2) Это письмо относится къ числу т. н. relationes, т. е. служебныхъ докладовъ, которые авторъ дѣлалъ императорамъ по должности городского префекта (praefectus urbis) въ 384—5 годахъ.

ORATIONVM QVAE SVPERSVNT.

I hab. d. 25 Febr. a. 369.

LAVDATIO IN VALENTINIANVM SENIOREM AVGVSTVM PRIOR.

2. . . . seu in Scythiae regna frigentia Tanainque glacialem fines Ponticos proferre censueris, ibi quoque... fugaces incolas per dorsa fluminum consequeris...

СОХРАНИВШІЕСЯ ОТРЫВКИ РѢЧЕЙ.

I. Сказ. 25 февр. 369 г.

ПЕРВАЯ ПОХВАЛЬНАЯ РѢЧЬ ВАЛЕНТИНІАНУ СТАРШЕМУ АВГУСТУ.

...Или *если* ты рѣшишь распространить Понтійскіе предѣлы до холодныхъ царствъ Скиѳіи и леданого Танаида, то и тамъ... догонить обратившихся въ бѣгство жителей по хребтамъ рѣкъ...

Or. II. § 24 commemoratur *Borysthenes Scythicus.*

THEODOSIVS MAGNVS. ѲЕОДОСІЙ ВЕЛИКІЙ.

[Императоръ римскій 379—395 по Р. Хр. Его декреты объ устройствѣ христіанской церкви собраны у Migne, Patrol. lat. t. 13, col. 521—542].

In decreto III ad Auxoninm proconsulem Asiae dato III Kal. Aug. Heraclea, Eucherio et Syagrio coss. (a. 381) commemoratur *Terennius episcopus Scythiae* (Migne, col. 530).

LATINIVS PACATVS DREPANIVS. ЛАТИНІЙ ПАКАТЪ ДРЕПАНІЙ.

[Уроженецъ Галліи, другъ Авзонія и Симмаха. Въ 389 г. былъ посланъ Галліеномъ въ Римъ къ императору Ѳеодосію для поздравленія съ побѣдою надъ узурпаторомъ Максимомъ и произнесъ передъ Ѳеодосіемъ въ сенатѣ похвальную рѣчь, сохранившуюся до насъ. Вскорѣ затѣмъ былъ проконсуломъ въ Африкѣ и въ 393 г. comes rerum privatarum. Годы рожденія и смерти неизвѣстны. См. о немъ Schanz, Gesch. d. röm. Litt. IV, 1, c. 108. — Текстъ: XII panegyrici Latini. Rec. Aem. Baehrens. Lips. 1874. XII].

PANEGYRICVS THEODOSIO AVGVSTO DICTVS.

V. Erat iustae compensationis occasio ut, qui de patriae tuae laudibus pauca dixissem, patris saltem virtutibus praedicandis prolixius immorarer; sed quid faciam? novam quamdam patior ex copia difficultatem. quid, inquam, faciam? quae Rhenus aut Uahalis vidit aggrediar? iam se mihi Sarmatica caede sanguineus Hister obiciet...

ПАНЕГИРИКЪ, СКАЗАННЫЙ ѲЕОДОСІЮ АВГУСТУ.

V. Было бы долгомъ справедливаго уравновѣшенія, чтобы я, сказавъ *такъ* мало въ похвалу твоей родины, остановился подробнѣе на восхваленіи доблестей *твоего* отца. Но что мнѣ дѣлать? Я испытываю нѣкое новое затрудненіе отъ изобилія. Что мнѣ, повторяю, дѣлать? Обратиться *къ тому*, что видѣлъ Рейнъ или Ваалъ? Но мнѣ представится Истръ, окровавленный Сарматскимъ избіеніемъ...

X. ...ut indefessa vertigo caelum rotat... ut stare sol nescit: ita tu, imperator, continuatis negotiis et in se quodam orbe redeuntibus exercitus es. Vix tecta Hispana successeras: iam Sarmaticis tabernaculis tegebaris... vix Hiberum tuum videras: iam Histro praetendebas.

...Какъ неустанный круговоротъ вращаетъ небо, какъ не можетъ остановиться солнце,— такъ ты, императоръ, упражнялъ себя въ постоянныхъ и вращавшихся какъ бы кругомъ занятіяхъ: только что вошелъ *ты* подъ Испанскія кровли, какъ уже прикрывался Сарматскими палатками... только что видѣлъ твой Иберъ, какъ уже шелъ вдоль Истра...

XIV. . . [Homines delicati ac fluentes] appositas dapes non sapore, sed sumptu aestimantes illis demum cibis acquiescebant, quos extremus oriens aut positus extra Romanum Colchus imperium aut famosa naufragiis maria misissent...

...[Люди изнѣженные и расточительные], цѣня предложенныя яства не по вкусу, а по стоимости, удовлетворялись только тѣми кушаньями, которыя присылали крайній Востокъ, или находящаяся за предѣлами Римской власти Колхида, или прославленныя кораблекрушеніями моря...

XXII. . . tua enim, imperator, auspicia non haec tantum gentes tremunt, quas ab orbe nostro silvarum intervalla vel flumina montesve distinguunt, sed quas aeternis arboribus inaccessas aut continua hieme separatas aut interfusis aequoribus abiunctas natura disterminat. non oceano Indus, non frigore Bosforanus, non Arabs medio sole securus est: quo vix pervenerat nomen ante Romanum, accedit imperium. dicamne ego receptos servitum Gothos castris tuis militem, terris sufficere cultorem? dicam a rebellibus Saracenis poenas polluti foederis expetitas? dicam interdictum Scythis Tanain et inbelles arcus etiam fugientis Albani?...

...Твоихъ авспицій, императоръ, трепещутъ не только тѣ племена, которыя отдѣляютъ отъ нашего міра лѣсныя пространства, или рѣки, или горы, но и *тѣ*, которыхъ *сама* природа выдѣляетъ *какъ* недоступныхъ по вѣчному зною, или отдѣленныхъ постоянною зимою, или отрѣзанныхъ водными пространствами. Индіецъ не обезопашенъ океаномъ, Воспоранецъ— холодомъ, Арабъ—солнцемъ. *Наша* власть доходитъ туда, куда раньше едва доносилось Римское имя. Говорить ли мнѣ *о томъ*, что принятые въ подданство Готѳы доставляютъ солдата для твоего лагеря, земледѣльца для земель? говорить ли о *томъ*, *какъ* наказаны мятежные Сарацены за нарушеніе договора? говорить ли о запрещенномъ Скиѳамъ Танаидѣ и невоинственныхъ лукахъ бѣгущаго Албанца?

XXXII. . . Postremo populis barbarorum ultroneam tibi operam ferre volentibus commilitii munus indulges ut et limiti manus suspecta decederet et militi auxiliator accederet. hac tua benignitate pellectae omnes Scythicae nationes tantis examinibus confluebant, ut quem remiseras tuis barbaris videreris imperasse dilectum. o res digna memoratu! ibat sub ducibus vexillisque Romanis hostis aliquando Romanus et signa,

...Наконецъ ты предоставляешь право военной службы *въ римскихъ войскахъ* варварскимъ народамъ, желавшимъ подать тебѣ добровольную помощь, — чтобы съ одной стороны ушли съ границы подозрительные отряды, съ другой — присоединились къ *нашимъ* воинамъ вспомогательныя войска. Привлеченныя этой твоей милостью всѣ скиѳскія племена стали стекаться такими роями, что, казалось, ты повелѣлъ

contra quae steterat, sequebatur urbesque Pannoniae, quas inimica dudum populatione vacaverat, miles implebat. Gothus ille et Hunnus et Halanus respondebat ad nomen et alternabat excubias et notari infrequens verebatur...[1]).

варварамъ производство набора, который отсрочилъ для своихъ. Дѣло, достойное упоминанія! подъ вождями и знаменами Римскими шелъ *бывшій* нѣкогда врагъ Рима; онъ слѣдовалъ за значками, противъ которыхъ стоялъ раньше, и наполнялъ, *какъ* воинъ, города Паннонін, которые давно опустошилъ враждебнымъ нашествіемъ. Готѳъ, Гуннъ и Аланъ откликался на перекличкѣ, стоялъ на часахъ и боялся отмѣтки объ отсутствіи...

Cap. XXXIII commemorantur in comparatione populi, quos «minax Caucasus et rigens Taurus et ingentium corporum durator Hister effuderat».

...Народы, которые разлилъ грозный Кавказъ, холодный Тавръ и закаляющій огромныя тѣла Истръ.

AMBROSIVS.

АМВРОСІЙ.

[Св. Амвросій, епископъ Медіоланскій, родился въ Галліи въ 333 или 340 г., образованіе получилъ въ Римѣ и еще въ молодыхъ годахъ былъ виднымъ административнымъ дѣятелемъ. Въ 374 г. былъ избранъ епископомъ г. Медіолана и оставался имъ до своей кончины 4 апрѣля 397 г. Знаменитъ своей борьбой съ аріанами и императоромъ Ѳеодосіемъ. Съ его именемъ дошли до насъ сочиненія экзегетическія, морально-аскетическія, догматическія, рѣчи, письма и религіозные гимны. Изъ экзегетическихъ сочиненій первое мѣсто занимаетъ Examеron, а изъ догматическихъ — De fide. См. о немъ Schanz, Gesch. d. röm. Litter. IV, 1, стр. 286 сл.].

EXAMERON.

ШЕСТОДНЕВЪ.

DIES SECVNDVS.

ДЕНЬ ВТОРОЙ.

[Текстъ: Corpus script. ecclesiast. Latin. Vol. XXXII. S. Ambrosii opera. Pars 1. Rec. C. Schenkl Vindob. 1897].

3, 12 (pag. 51 Sch.) commemoratur «Danubius de occidentalibus partibus barbarum atque Romanorum intersecans populos, donec ponto ipse condatur» et mox (p. 52): «itemque de septentrionali parte Phasis Caucaseis montibus fusus cum pluribus aliis in Euxinum se praecipitat mare».

Упоминается «Дануві̆й изъ западныхъ странъ разсѣкающій народы варварскіе и Римскіе, пока самъ не скроется въ Понтѣ» и затѣмъ: «также Фасидъ, изливающійся съ сѣверной стороны изъ Кавказскихъ горъ, со многими другими низвергается въ Евксинское море».

DIES QVINTVS.

ДЕНЬ ПЯТЫЙ.

10, 29 (p. 162 Sch.). Sunt tamen aliqua piscium genera, qui non ingenii facilitate

Есть однако нѣкоторые роды рыбъ, которыя мѣняютъ мѣста не по легкомы-

---

1) Gothus, Hunnus, Halanus commemorantur etiam cap. XI.

loca mutent, sed fovendi partus necessitate, quem opportuno atque legitimo procreantes tempore ex plurimis locis ac diverso maris sinu velut communi consilio convenientes coniuncto agmine aquilonis flatus petunt et ad illud septentrionalium mare partium quadam naturae lege contendunt. dicas, si ascendentes videas, reuma quoddam esse; ita proruunt fluctusque intersecant per Propontidem in Euxinum violento impetu profluentes... [p. 163] quid autem rationabilius hoc piscium transitu, cuius rationem quidem verbis non explicant, sed factis locuntur? pergunt enim aestatis tempore ad fretum Ponti, eo quod reliquo maris sinu hic sinus dulcior sit. non enim sol ei fluctu quamdiu ceteris immoratur, eaque fit causa ut non omnem aquam exhauriat, quae dulcis ac [p. 164] potabilis sit. quis autem ignoret quod etiam ea quae maritima sunt aquis plerumque dulcibus delectentur? denique dum flumina sequuntur et ad superiora ascendunt, frequenter alieni pisces generis capiuntur in fluviis. cum haec igitur causa Pontum illis faciat gratiorem vel quod aestus temperet sollemnis illic flatus aquilonis, tum oportuniorem ceteris iudicant, in quo generare et partus possint proprios enutrire, quod teneri fetus laborem alienae regionis ferre vix possint. quos illic fovet aeris blanda clementia. itaque peracto munere omnes simul eo quo venerant agmine revertuntur.

слію, а ради необходимости вскормленія приплода, который они производятъ въ удобное и установленное *природою* время и при этомъ, какъ бы по общему согласію стекаясь изъ множества мѣстъ и разныхъ заливовъ моря, густыми стадами направляются къ вѣянію аквилона и по нѣкоему закону природы стремятся къ этому морю сѣверныхъ частей *свѣта*. При видѣ ихъ движенія вверхъ можно сказать, что это какой-то потокъ. Такъ они прорываются и разсѣкаютъ волны по Пропонтидѣ, бурнымъ стремленіемъ направляясь въ Евксинъ... Что же разумнѣе этого перехода рыбъ, причину котораго онѣ не объясняютъ словами, но *какъ-бы* говорятъ *самими* фактами? Въ лѣтнее время онѣ стремятся въ Понтійскій проливъ, потому что этотъ заливъ прѣснѣе остальныхъ морскихъ заливовъ. Ибо солнце не пребываетъ на этомъ морѣ такъ же долго, какъ на другихъ, и это служитъ причиною *того*, что оно не исчерпываетъ всей воды, которая прѣсна и годна для питья. А кто же не знаетъ, что даже морскія *животныя* по большей части любятъ прѣсныя воды? Наконецъ, пока онѣ слѣдуютъ по рѣкамъ и поднимаются къ верхнимъ *ихъ* частямъ, часто въ рѣкахъ ловятся рыбы чужого рода. И такъ какъ эта причина дѣлаетъ Понтъ болѣе пріятнымъ для нихъ, или то, что обычное тамъ дуновеніе аквилона умѣряетъ зной, они считаютъ его удобнѣе другихъ морей для произведенія и вскормленія своего приплода *и потому*, что нѣжные мальки едва ли могли бы переносить неудобства чужой мѣстности. А тамъ ихъ грѣетъ пріятная мягкость климата. Итакъ, исполнивъ свой долгъ, онѣ всѣ вмѣстѣ возвращаются тѣмъ же стадомъ, которымъ приплыли.

30. Quaenam ista sit ratio consideremus. obiectus est Ponti sinus boreae ceterorumque ventorum violentissimis flatibus, unde si gravis illic procella furit, tempestates moventur, ita ut de profundo harena vertatur, cuius rei fluctus harenosus indicio sit, qui ventorum motu insurgens altius, tum pondere gravior haud dubie non solum navigantibus, sed etiam maritimis ipsis animantibus intolerabilis habetur, accedit illud quod cum plurima et maxima Ponto flumina misceantur, tum hiberno tempore sinus ipse frigidior et torrentum rigescat adlapsu. propterea

Посмотримъ, въ чемъ заключается причина этого *явленія*. Понтійскій заливъ открытъ для сильнѣйшаго дуновенія борея и другихъ вѣтровъ, вслѣдствіе чего, если тамъ свирѣпствуетъ жестокая буря, происходитъ *такое* движеніе воздуха, что со дна *моря* поднимается песокъ; доказательствомъ этого служатъ насыщенныя пескомъ волны, которыя, выше поднимаясь подъ вліяніемъ движенія вѣтровъ и будучи тяжелѣе по вѣсу, безъ сомнѣнія становятся невыносимы не только мореплавателямъ, но и самимъ морскимъ животнымъ. *Сюда*

pisces tamquam arbitri fluentorum aestate illic asperantis aurae clementiam captare consuerunt, cuius amoenitate perfuncti rursus hiemis aspera declinare contendunt et septentrionalis plagae saeva fugientes in reliquos se sinus conferunt, in quibus aut ventorum mollior sit placiditas aut solis soleat vernare temperies...

присоединяется то, что въ Понтъ впадаетъ множество величайшихъ рѣкъ и что въ зимнее время самый заливъ бываетъ холоднѣе и его теченіе замерзаетъ. Поэтому рыбы, какъ бы судьи теченій, лѣтомъ обычно пользуются тамъ мягкостью бодрящаго климата и, насладившись его пріятностью, зимою снова стараются уклониться отъ суровости и, избѣгая жестокости сѣверной страны, удаляются въ другіе заливы, въ которыхъ или мягче спокойное вѣяніе вѣтра, или солнце грѣетъ по весеннему...

21, 68 (p. 191 Sch.)... nulli sic regem, non Persae, qui gravissimas in subditos habent leges, non Indi, non populi Sarmatarum tanta quanta apes reverentia devotionis observant...

... Никакіе *народы*,—ни Персы, имѣющіе самые строгіе законы по отношенію къ подвластнымъ, ни Индійцы, ни народы Сарматскіе не относятся къ *своимъ* царямъ съ такимъ почтеніемъ и преданностью, какъ пчелы *къ своей маткѣ...*

EXPOSITIO EVANGELII SECUNDUM LUCAM.

ОБЪЯСНЕНІЕ ЕВАНГЕЛІЯ ОТЪ ЛУКИ.

[Текстъ: Migne, Patrol. Lat., v. XV].

Извлеченія и переводъ А. І. Малеина.

LIBER X.

Cap. XXI, vers. 9. Cum autem audieritis praelia et opiniones praeliorum.

Quanta autem praelia et quas opiniones accepimus praeliorum! Chunni in Alanos, Alani in Gothos, Gothi in Tayfalos [1]) et Sarmatas insurrexerunt. Nos quoque in Illyrico exsules patriae Gothorum exsilia fecerunt, et nondum est finis.

КНИГА 10-я.

Когда же вы услышите сраженія и представленія о сраженіяхъ.

А о какихъ огромныхъ сраженіяхъ и о какихъ представленіяхъ о сраженіяхъ мы узнали! Хунны возстали на Алановъ, Аланы на Готѳовъ, Готѳы на Тайфаловъ и Сарматовъ. Даже и насъ изгнанія Готѳовъ, сдѣлали въ Иллирикѣ изгнанниками *изъ* отечества, и еще нѣтъ конца.

DE EXCIDIO URBIS HIEROSOLYMITANAE LIBRI QUINQUE.

О РАЗРУШЕНІИ ГОРОДА ІЕРУСАЛИМА ПЯТЬ КНИГЪ.

[Текстъ: Migne, ibid.].

LIBER II.

Cap. IX. Alter fugiens arma Romana usque ad regna Caspia et extrema subactae

КНИГА 2-я.

Другой *(т. е. Александръ Великій)*, избѣгая Римскаго оружія, побѣдоносно

---

1) «Plerique mss. Tatfalos; melius alii atque edit. *Tayfalos*». Migne.

Persidis atque Indorum secreta victor pervenit: magni nomen obtinuit, quia maximos omnium non lacessivit...

достигъ вплоть до Каспійскихъ царствъ и краевъ побѣжденной Персіи и даже до таинствъ Индовъ, онъ получилъ имя Великаго, такъ какъ не тревожилъ величайшихъ *изъ* всѣхъ...

... Plurimi populi sex fascium virgulis metu inclinantur. Asia, Pontus, Eniochi, Scythae Nomades, Taurici Scythae, Maeotiaque regna, Bosphoranique omnes Romano imperio subiciuntur...

Весьма многіе народы преклоняются изъ страха предъ прутьями шести связокъ. Азія, Понтъ, Еніохи, Скиѳы кочевники, Скиѳы Таврскіе, и Мэотійскія царства и всѣ Воспоранцы подчиняются Римской власти.

LIBER III.

Cap. XIX. Ideoque urbs memorata Dianae Scythicae consecrata, tamquam a Scythis condita, et appellata civitas Scytharum, ut Massilia Graecorum: situs loci declarat ingenitam duritiam conditoris, patientia magis camporum, quam conducibilia habitationis usui delegisse.

КНИГА 3-Я.

И потому упомянутый городъ (*т. е. Скиѳополь Палестинѣ*) посвященъ Скиѳской Діанѣ, какъ основанный Скиѳами, и названъ общиной Скиѳовъ, какъ Массилія — Грековъ; положеніе мѣста указуетъ, что врожденная суровость основателя избрала для пользованія болѣе пригодныя поля, чѣмъ удобныя жилища...

LIBER V.

Cap. L. Per idem tempus Alani, gens fera et diu ignota nostris, quod interiorum locorum difficultate et claustro portae ferreae quam magnus Alexander praerupto Tauri montis imposuit iugo, cum ceteris feris et indomitis introrsum gentibus cohibebantur. Incolebant Scythicum Tanaim finitimaque eius et Maeotidis paludes, velut quodam clausi carcere memorati ingenio regis, ut suas terras exercerent, alienas non incusarent. Sed sive ob sterilitatem locorum, quod avari votis agricolae sperata culturae non respondebat fecunditas, sive praedandi cupiditate regem Hyrcanorum qui locis praeerat, sollicitarunt, pretione an defensione incertum, ut reserata porta, eruptionis sibi copiam daret: quo impetrato infudere se genti Medorum; et imperatis brevi velocibus equis et aliis pariter ad dexteram nexis, in quos per vices cum foret libitum desilirent, totam prope regionem percursavere: ut primo perturbarent omnia maiorisque multitudinis speciem darent, adversus quam nullus fugae locus vacaret: deinde circumventis omnibus, quantam vel-

КНИГА 5-Я.

Въ тоже самое время Аланы [1]), племя дикое и долго неизвѣстное нашимъ, такъ какъ они сдерживались внутри *вмѣстѣ* съ прочими дикими и неукротимыми племенами непроходимостью мѣстности внутри *страны* и запоромъ желѣзной двери, которую воздвигъ великій Александръ на отвѣсномъ хребтѣ горы Тавра. *Они* населяли Скиѳскій Танаидъ и пограничныя съ нимъ *мѣста* и Мэотидскія болота, какъ-бы заключенные въ нѣкоей темницѣ талантомъ упомянутаго государя *для того*, чтобы обрабатывать свои земли и не тревожить чужихъ. Но или по безплодію мѣстности, такъ какъ ожидаемое отъ обработки плодородіе не соотвѣтствовало желаніямъ алчнаго земледѣльца, или по жадности къ добычѣ *они* просили Иркanскаго царя, который начальствовалъ надъ той мѣстностью—неизвѣстно подкупомъ или угрозою — чтобы онъ отворилъ ворота и предоставилъ возможность вылазки; достигнувъ этого, *они* обрушились на племя Мидянъ и, скоро добывъ *себѣ* быстрыхъ коней, а равнымъ образомъ привязавъ справа дру-

---

1) De hac Alanorum incursione cf. Flavii Iosephi *De b. Iud.* VII, 7 (vol. I, p. 484).

lent, strage edita, praedam abducerent. Erat enim regio populo frequens et pecoris abundans; quae nullo resistente facile patuit direptioni. Si quidem ipse Pacorus Medorum rex in abstrusa loca se contulit, saluti potius quam regno consulens; ita ut uxor eius ac liberi ac concubinae captae ab Alanis centum talentis postea redimerentur. Nec Tyridates Armeniae rex immunis fuit periculi, sed alieno malo cautior, pestem praevidit; et viriliter quidem voluit occurrere, ut a finibus suis hostem averteret. Dum praeliatur tamen laqueo insertus, in potestatem hostium vivus concesserat, ni praeacuto gladio nodum informem velociter intercidisset. Nam insolentia quadam propriae fortitudinis et in caeteros despectu superbo, simul ut familiarem sibi eminus decernendi consuetudinem, refugiendique facultatem fraude tali praetexerent; laqueos iacere atque hostem innectere, ars Alanis bellandique mos est.

нихъ, чтобы поочередно перескакивать на нихъ по своему желанію, они объѣхали почти всю страну чтобы сперва привести все въ замѣшательство и произвести впечатлѣніе большей, *чѣмъ есть на самомъ дѣлѣ* толпы, отъ который невозможно никуда убѣжать, а потомъ, окруживъ всѣхъ и устроивъ рѣзню, угнать какую угодно добычу. Ибо страна была многолюдна и изобиловала скотомъ; безъ сопротивленія *она* легко была доступна грабежу, если только самъ царь Мидянъ, Пакоръ, удалился въ недоступныя мѣста, заботясь скорѣе о *своемъ* спасеніи, чѣмъ о царствѣ, такъ что жена, дѣти и наложницы были захвачены Аланами, а впослѣдствіи выкуплены за 100 талантовъ. Не былъ избавленъ отъ опасности и царь Арменіи Тиридатъ, но, *ставъ* осторожнымъ отъ чужого бѣдствія, онъ провидѣлъ гибель и желалъ правда мужественно сопротивляться, чтобы отвратить врага отъ своихъ предѣловъ; однако во время сраженія онъ чуть было не попалъ отъ наброшенной петли живымъ во власть враговъ, если-бы не разрубилъ проворно преострымъ мечемъ безобразнаго узла. Ибо Аланы искусны, и у нихъ въ обычаѣ накинуть петлю и опутать врага вслѣдствіе какой-то надменности отъ собственной храбрости и гордаго презрѣнія къ прочимъ, а вмѣстѣ и для того, чтобы прикрыть подобной уловкой любезную имъ привычку сражаться издали и способность убѣгать.

EPISTOLAE.

ПИСЬМА.

[Текстъ: Migne, v. XVI].

CLASS. I. EPISTOLA XXI.

Sermo contra Auxentium de basilicis tradendis.

Lib. II c. 8. Per idem tempus, ubi de coniuratione universae Graeciae apud Troiam compertum est, auctoribus nuntii eius *Scythis* barbaris, qui mercandi gratia per omnem Hellespontum commutare res cum accolis sueti ultro citroque vagabantur, metus atque maeror universos invasere...

Lib. II c. 10. At ubi instructae omni modo classes et mare navigio patens neque ulla res impedimento erat, Scythas, qui forte mercandi gratia eo adpulerant, conductos mercede duces profectionis eius delegere...

Lib. II c. 16... rex Scytharum cognito adventu nostrorum cum multis donis adventabat.

Lib. II c. 26 [ex Aeneae oratione]... quid Medeam? ignoratisne a Colchis in Iolcorum fines transvectam?...

Lib. III c. 15. Sed nec multi transacti dies, cum repente nuntiatum Hectorem obviam Penthesileae cum paucis profectum:

ДНЕВНИКЪ ТРОЯНСКОЙ ВОЙНЫ ВЪ ШЕСТИ КНИГАХЪ.

...Дѣвушку [т. е. Ифигенію] Ахиллъ и тѣ, которые завѣдывали жертвоприношеніемъ, тайкомъ отъ всѣхъ поручили Скиѳскому царю, присутствовавшему въ то время.

Въ то же время стало извѣстно о заговорѣ всей Греціи противъ Трои; виновниками этого извѣстія были варвары Скиѳы, которые, ради торговыхъ оборотовъ обычно обмѣниваясь товарами по всему Геллеспонту съ мѣстными жителями, разъѣзжали туда и сюда. Страхъ и скорбь овладѣли всѣми...

Когда флоты были вполнѣ снаряжены, море было доступно для плаванія и не было болѣе никакихъ препятствій, *Греки* пригласили за плату Скиѳовъ, которые случайно пристали туда съ торговыми цѣлями, въ проводники для этого похода...

...Скиѳскій царь, узнавъ о прибытіи нашихъ [подъ Трою], явился со множествомъ даровъ.

[Изъ рѣчи Энея].... Что *сказать* о Медеѣ? развѣ вы не знаете, что она перевезена Колхами въ предѣлы Іолковъ?...

...Прошло немного дней, какъ вдругъ пришло извѣстіе, что Гекторъ съ немногими *людьми* отправился на встрѣчу Пен-

quae regina Amazonibus incertum pretio an bellandi cupidine auxiliatum Priamo adventaverat: gens bellatrix et ob id ad finitimos indomita, specie armorum inclita per mortales...

ѳесилія: эта Амазонская царица явилась на помощь Пріаму, неизвѣстно, за деньги ли, или по страсти къ войнѣ: *это было* воинственное и потому не покоренное сосѣдями племя, славившееся своимъ оружіемъ среди смертныхъ...

Lib. IV c. 2. Interim per eosdem dies Penthesilea, de qua ante memoravimus, cum magna Amazonum manu reliquisque ex finitimo populis supervenit. quae postquam interemptum Hectorem cognovit, perculsa morte eius regredi domum cupiens ad postremum multo auro atque argento ab Alexandro inlecta ibidem operiri decreverat. dein exactis aliquot diebus copias suas armis instruit. at seorsum ab Troianis ipsa suis modo bellatoribus satis fidens in pugnam pergit: cornu dextro sagittariis, altero peditibus instructo, medios equites collocat... [1]).

Между тѣмъ въ тѣ же дни Пенѳесилія, о которой мы упомянули выше, пришла съ большимъ отрядомъ Амазонокъ и остальными сосѣдними народами. Когда она узнала о гибели Гектора, то, пораженная его смертью, хотѣла вернуться домой, но въ концѣ концовъ, подкупленная Александромъ большою *суммою* золота и серебра, рѣшила ждать на мѣстѣ. Потомъ, по прошествіи нѣсколькихъ дней, она построила свои войска для битвы; но, довѣряя только своимъ воителямъ, она выступаетъ въ битву отдѣльно отъ Троянцевъ: занявъ правое крыло стрѣлками, а другое — пѣшими, она въ центрѣ помѣщаетъ всадниковъ...

VIBIVS SEQVESTER.

ВИБІЙ СЕКВЕСТРЪ.

[Съ именемъ этого автора сохранился алфавитный перечень географическихъ именъ, встрѣчающихся у извѣстнѣйшихъ поэтовъ (Вергилія, Овидія, Лукана и др.). Сочиненіе по разнымъ признакамъ относится къ IV вѣку. — Текстъ: Geographi Latini minores ed. A. Riese, pp. 145—159].

DE FLVMINIBVS FONTIBVS LACVBVS NEMORIBVS PALVDIBVS MONTIBVS GENTIBVS PER LITTERAS.

О РѢКАХЪ, ИСТОЧНИКАХЪ, ОЗЕРАХЪ, РОЩАХЪ, БОЛОТАХЪ, ГОРАХЪ И НАРОДАХЪ ВЪ АЛФАВИТНОМЪ ПОРЯДКѢ.

[FLVMINA].

Araxes Armeniae Armeniam a Medis dividit.

Arimaspa gentis Scytharum, unde aurum Scythae legunt.

Danubius, qui et Hister, Germaniae in Pontum decurrit per VII ostia.

[РѢКИ].

Араксъ *въ* Арменіи отдѣляетъ Арменію отъ Мидянъ.

Аримаспа у племени Скиѳовъ, оттуда Скиѳы собираютъ золото.

Данубій, онъ же Истръ, *въ* Германіи, впадаетъ въ Понтъ семью устьями.

---

1) De Amazonum clade et Penthesileae morte v. ibid. cap. 3.

Hypanis Scythiae qui, ut ait Gallus, uno tellures dividit amne duas': Asiam enim ab Europa separat.

Ипанидъ *въ* Скиѳіи, который, какъ говоритъ Галлъ, «одной рѣкой раздѣляетъ двѣ земли», ибо онъ отдѣляетъ Азію отъ Европы.

Phasis in Colchide, qui de monte Amaranto fluit.

Фасидъ въ Колхидѣ, который течетъ съ горы Амаранта.

Tanais Scythiae Asiam ab Europa dividit.

Танаидъ *въ* Скиѳіи отдѣляетъ Азію отъ Европы.

Thermodon Colchos et Amazonas dividit.

Ѳермодонтъ раздѣляетъ Колховъ и Амазонокъ.

PALVDES. — БОЛОТА.

Maeotis Scythiae.

Мэотида *въ* Скиѳіи.

MONTES. — ГОРЫ.

Caucasus Indiae, Parthis et Hyrcanis iunctus.

Кавказъ *въ* Индіи, сосѣдній съ Парѳянами и Ирканцами.

Hyperborei Thraciae ultra plagam aquiloniam.

Иперборейскія во Ѳракіи за сѣверной областью.

Imaus Hiberiae Ponticae.

Имай *въ* Понтійской Иверіи.

Riphaei Scythiae.

Рифейскія въ Скиѳіи.

GENTES. — НАРОДЫ.

Agathyrsi Scythae partis Europae.

Агаѳирсы Скиѳы *въ* части Европы.

Chalybes in Ponto *Asiae*.

Халивы въ Понтѣ *въ* Азіи.

Daci Scythae Europae.

Даки Скиѳы *въ* Европѣ.

Getae Thraces Europae.

Геты Ѳракійцы *въ* Европѣ.

Geloni Thraciae picti corporis parte.

Гелоны *во* Ѳракіи, съ разрисованною частью тѣла.

Sauromatae Europae.

Савроматы *въ* Европѣ.

PELAGONIVS. — ПЕЛАГОНІЙ.

[Ветеринарный врачъ, жившій во 2-й пол. IV в. по Р. Хр. Сочиненіе его «Ars veterinaria» сохранилось не вполнѣ. См. о немъ Schanz, Gesch. d. röm. Litter. IV, 1, стр. 173 сл. — Текстъ: Pelagonii artis veterinariae quae extant recensuit Maxim. Ihm. Lips. 1892].

ARS VETERINARIA. — ВЕТЕРИНАРНОЕ ИСКУССТВО.

Cap. VIII. Ad eos qui non meiant et remedia ad dysuriam.

Гл. VIII. О тѣхъ [лошадяхъ], которыя не мочатся, и средства противъ дисуріи.

§ 151. Item aliud Apsyrti, quod se apud Sarmatas vidisse adseveravit. nam dicit cooperiri debere equum diligenter, ita ut usque ad terram coopertoria demittantur,

Есть также другое *средство* Апсирта, которое онъ, по его увѣренію, видѣлъ у Сарматовъ. Именно, онъ говоритъ, что нужно тщательно покрыть коня, такъ

ne fumus thymiamatis exeat, et sic castoreo carbonibus imposito omnem ventrem et testes ipsius equi fumigari: statim meiat.

чтобы покрывала спускались до самой земли, — чтобы не выходилъ дымъ окуриванія, — и въ такомъ видѣ окуривать все брюхо и шулята коня бобровою струею, положенною на уголья: онъ тотчасъ помочится...

Praeterea apud Pelagonium saepius *herbae Ponticae* commemorantur, quibus ad medicamina comparanda utebantur medici, scilicet *absynthium Ponticum* §§ 26. 454; *acorum P.* 341. 365. 369. 390; *asarum P.* 288. 390. 463; *marrubium P. 341.*

FLAVIVS VEGETIVS RENATVS.

ФЛАВІЙ ВЕГЕТІЙ РЕНАТЪ.

[Съ именемъ Флавія Вегетія Рената дошли до насъ 1) трактатъ по ветеринаріи (de mulomedicina) и 2) сочиненіе о военномъ дѣлѣ въ 4 книгахъ, представляющее собою простую компиляцію изъ прежнихъ военныхъ писателей (Катона, Цельса, Фронтина и др.). Сочиненіе было представлено императору, къ сожалѣнію не названному по имени. Вѣроятнѣе всего это былъ Ѳеодосій I, хотя нѣкоторые ученые думали о Ѳеодосіи II или Валентиніанѣ III. Во всякомъ случаѣ, какъ видно изъ цитируемаго ниже мѣста, сочиненіе было написано послѣ смерти Граціана (383); но съ другой стороны оно должно быть издано значительно раньше 450 г., въ которомъ оно было подвергнуто критической рецензіи консуломъ Евтропіемъ. См. Schanz, Gesch. d. röm. Litter. IV, 1, стр. 175 сл. — Текстъ: Flavii Vegeti Renati Epitoma rei militaris. Rec. Car. Lang. Lips. 1885].

EPITOMA REI MILITARIS.

Lib. I c. 20. Locus exigit ut, quo armorum genere vel instruendi vel muniendi sint tirones, referre temptemus. Sed in hac parte antiqua penitus consuetudo deleta est; nam licet exemplo Gothorum et Alanorum Hunnorumque equitum arma profecerint, pedites constat esse nudatos. Ab urbe enim condita usque ad tempus divi Gratiani et catafractis et galeis muniebatur pedestris exercitus. Sed cum campestris exercitatio interveniente neglegentia desidiaque cessaret, gravia videri arma coeperunt, quae raro milites induebant; itaque ab imperatore postulant primo catafractas, deinde cassides sedere refundere [1]). Sic detectis pectoribus et capitibus congressi contra Gothos milites nostri multitudine sagittariorum saepe deleti sunt; nec post tot clades, quae usque ad tantarum urbium exci-

КРАТКІЙ ОЧЕРКЪ ВОЕННАГО ДѢЛА.

Мѣсто требуетъ, чтобы мы попытались изложить, какимъ родомъ оружія должны быть снабжаемы или защищаемы молодые солдаты. Но въ этомъ отношеніи старинный обычай совершенно исчезъ; ибо, хотя по примѣру Готѳскихъ, Аланскихъ и Гуннскихъ всадниковъ доспѣхи оказывались полезными, пѣхотинцы, какъ извѣстно, не имѣютъ ихъ. Отъ основанія города вплоть до временъ божественнаго Граціана пѣхотное войско было защищено кольчугами и шлемами. Но когда полевыя упражненія стали прекращаться вслѣдствіе небрежности и лѣности, начали казаться тяжелыми доспѣхи, которые рѣдко надѣвали солдаты. Итакъ, они потребовали отъ императора разрѣшенія снять сначала кольчуги, а потомъ и шлемы. Такимъ образомъ наши солдаты, сражаясь противъ Готѳовъ съ

---

1) Locus corruptus. In rossica versione sensum reddidimus.

dia pervenerunt, cuiquam curae fuit vel catafractas vel galeas pedestribus reddere...

открытою грудью и головою, часто были истребляемы; но и послѣ столькихъ пораженій, доходившихъ до уничтоженія большихъ городовъ, никто не подумалъ возвратить пѣхотинцамъ или кольчуги, или шлемы.

Lib. I c. 28... Dacos autem et Moesos et Thracas in tantum bellicosos semper fuisse manifestum est, ut ipsum Martem fabulae apud eos natum esse confirment...

...Дакійцы, Мезійцы и Ѳракійцы, какъ извѣстно, всегда были столь воинственны, что поэтическія сказанія утверждаютъ, будто у нихъ родился самъ Марсъ.

Lib. III c. 26 extr. Hunnorum Alanorumque equitandi scientia vel decor praedicatur.

MARCELLVS.

МАРЦЕЛЛЪ.

[Марцеллъ былъ придворнымъ врачемъ императора Ѳеодосія I. Судя по даннымъ предисловія врачебнаго труда Марцелла, онъ составилъ его, когда Ѳеодосій передалъ свою власть своему сыну Ѳеодосію Младшему (408 г.). Изъ того же предисловія можно вывести предположеніе, что Марцеллъ былъ родомъ изъ Burdigala (Бордо). — Текстъ: Marcelli de medicamentis liber. Edidit Georgius Helmreich. Lipsiae 1889. Ср. S. Chabert, De latinitate Marcelli in libro de medicamentis. Parisiis 1897].

DE MEDICAMENTIS LIBER.

In pag. 164 memoratur «pix rubrica Scythica, quam alii pissasphaltum vocant».

КНИГА О ВРАЧЕБНЫХЪ СРЕДСТВАХЪ.

Красноватая Скиѳская смола, которую другіе называютъ писсасфальтомъ.

AMBROSIVS THEODOSIVS MACROBIVS.

АМВРОСІЙ ѲЕОДОСІЙ МАКРОБІЙ.

[Жилъ въ концѣ IV и 1-й половинѣ V вѣка (по всей вѣроятности идентиченъ съ тѣмъ Макробіемъ, который въ 399 и слѣд. г. былъ praefectus praet. Hispaniarum, въ 410 г. pro consule Africae, въ 422 praepositus sacri cubiculi. Съ его именемъ сохранились комментарій къ Цицеронову соч. Somnium Scipionis въ 2 книгахъ и Saturnalia въ 7 книгахъ, очень богатаго историческаго и литературнаго содержанія. — Текстъ: Macrobius. Fr. Eyssenhardt recognovit. Lips. 1868].

SATVRNALIA.

Lib. I, 11, 33. Borysthenitae obpugnante Zopyrione servis liberatis dataque civitate peregrinis et factis tabulis novis hostem sustinere potuerunt.

САТУРНАЛІИ.

Борисѳениты, осаждаемые Зопиріономъ, отпустили на волю рабовъ, дали права гражданства иностранцамъ, измѣнили долговыя обязательства и *такимъ образомъ* могли выдержать *осаду* врага.

PAVLVS OROSIVS.

ПАВЕЛЪ ОРОСІЙ.

[Родомъ испанецъ (можетъ быть изъ Тарраконы), былъ пресвитеромъ повидимому въ Бракарѣ въ Лузитаніи. Блаж. Августинъ въ письмѣ къ Іерониму въ 413 или 414 г. (ер. 166, 2) называетъ его «religiosus iuvenis, aetate filius». Отсюда можно заключить, что онъ родился приблизительно въ 380-хъ годахъ; годъ смерти неизвѣстенъ. Около 417 г. онъ по совѣту Августина, для защиты и прославленія христіанской церкви, написалъ очеркъ всеобщей исторіи въ 7 книгахъ съ христіанской точки зрѣнія. Кромѣ этого труда сохранились два догматико-полемическія сочиненія Оросія противъ пелагіанъ и присцилліанистовъ. — Текстъ: Pauli Orosii Historiarum adversum paganos libri VII ex rec. Car. Zangemeister. Lipsiae 1889].

HISTORIARVM ADVERSVM PAGANOS LIBRI VII.

ИСТОРІЙ ПРОТИВЪ ЯЗЫЧНИКОВЪ 7 КНИГЪ.

Извлеченія и переводъ Г. Г. Зоргенфрея.

LIBER I.

Cap. 2, §§ 4—6: Europa incipit ut dixi sub plaga septentrionis, a flumine Tanai, qua Riphaei montes Sarmatico aversi oceano Tanaim fluvium fundunt, qui praeteriens aras ac terminos Alexandri Magni in Rhobascorum finibus sitos Maeotidas auget paludes, quarum inmensa exundatio iuxta Theodosiam urbem Euxinum Pontum late ingreditur...

КНИГА 1-я.

Европа начинается, какъ я сказалъ, въ сѣверномъ поясѣ, отъ рѣки Танаида тамъ, гдѣ Рифейскія горы, отходя въ противоположную отъ Сарматскаго океана сторону, даютъ начало рѣкѣ Танаиду, которая, протекая мимо алтарей и рубежей Александра Великаго, находящихся въ предѣлахъ Робасковъ, увеличиваетъ *своими водами* Мэотійскія болота. Огромный разливъ послѣднихъ около города Ѳеодосіи широко вливается въ Евксинскій Понтъ...

---

§§ 13—14. Asia ad mediam frontem orientis habet in oceano Eoo ostia fluminis Gangis, a sinistra promunturium Caligardamana... a dextra habet Imavi montis — ubi Caucasus deficit — promunturium Samarae...

15. In his finibus India est, quae habet ab occidente flumen Indum, quod Rubro mari accipitur, a septentrione montem Caucasum...

17. A flumine Indo, quod est ab oriente, usque ad flumen Tigrim, quod est ad occasum, regiones sunt istae: Arachosia, Parthia, Assyria, Persida et Media, situ terrarum montuoso et aspero. hae a septentrione habent montem Caucasum...

Азія въ серединѣ восточной стороны имѣетъ въ Восточномъ океанѣ устья рѣки Ганга, съ лѣвой стороны мысъ Калигардамана... а съ правой Самарскій мысъ горы Имава тамъ, гдѣ кончается Кавказъ...

Въ этихъ предѣлахъ находится Индія, которая съ запада имѣетъ рѣку Индъ, изливающуюся въ Красное море, а съ сѣвера — гору Кавказъ...

Отъ рѣки Инда на востокѣ до рѣки Тигра на западѣ расположены слѣдующія страны: Арахозія, Парѳія, Ассирія, Персида и Мидія въ мѣстностяхъ гористыхъ и малодоступныхъ. Съ сѣвера онѣ имѣютъ гору Кавказъ...

---

25. In capite Syriae Cappadocia est, quae habet ab oriente Armeniam, ab occasu Asiam, ab aquilone Themiscyrios campos et mare Cimmericum...

Къ верхней части Сиріи примыкаетъ Каппадокія, которая съ востока граничитъ съ Арменіей, съ запада съ Азіей, съ сѣвера съ полями Ѳемискирскими и Киммерійскимъ моремъ...

---

36. Mons Caucasus inter Colchos, qui sunt super Cimmericum mare, et inter Albanos, qui sunt ad mare Caspium, primum attollitur. cuius quidem usque in ultimum orientem unum videtur iugum, sed multa sunt nomina; (37) et multi hoc ipsum iugum Tauri montis credi volunt, quia re vera Parcohatras mons Armeniae inter Taurum et Caucasum medius continuare Taurum cum Caucaso putatur; (38) sed hoc ita non esse discernit fluvius Euphrates, qui, radice Parcohatrae montis effusus, tendens in meridiem, ipsum ad sinistram, Taurum excludit ad dextram. (39) itaque ipse Caucasus inter Colchos et Albanos, ubi et portas habet, mons Caucasus dicitur; (40) a portis Caspiis usque ad Armenias pylas vel usque ad fontem Tigridis fluminis inter Armeniam et Hiberiam montes Acrocerauni dicuntur; (41) a fonte Tigridis usque ad Carras civitatem inter Massagetas et Parthos mons Ariobarzanes; (42) a Carris civitate usque ad oppidum Cathippi inter Hyrcanos et Bactrianos mons Memarmali, ubi amomum nascitur; a quo proximum iugum mons Parthau dicitur; (43) ab oppido Cathippi usque ad vicum Safrim inter Dahas Sacaraucas et Parthyenos mons Oscobares, ubi Ganges fluvius oritur et laser nascitur; (44) a fonte fluminis Gangis usque ad fontes fluminis Ottorogorrae, qui sunt a septentrione, ubi sunt montani Paropanisadae, mons Taurus; (45) a fontibus Ottorogorrae usque ad civitatem Ottorogorram inter Chunos Scythas et Gandaridas mons Caucasus; (46) ultimus autem inter Eoas et Passyadras mons Imavus, ubi flumen Chrysorhoas et promunturiam Samara orientali excipiuntur oceano. (47) igitur a monte Imavo, hoc est ab imo Caucaso et dextra orientis parte, qua oceanus Sericus tenditur, usque ad promunturium Boreum et flumen Boreum, inde tenus Scythico mari, quod est a septentrione, usque ad mare Caspium quod est ab occasu, et usque ad extentum Caucasi iugum, quod est ad meridiem, Hyrcanorum et Scytharum gentes sunt XLII, propter terrarum infecundam diffusionem late oberrantes.

Гора Кавказъ спачала поднимается *въ мѣстности* между Колхами, живущими кверху отъ Киммерійскаго моря, и Албанцами, живущими у Каспійскаго моря. До самаго крайняго востока онъ *составляетъ*, повидимому, одинъ хребетъ, но носитъ много названій; и многіе полагаютъ, что это хребетъ горы Тавра, такъ какъ, дѣйствительно, гора Паркогатра въ Арменіи находится посрединѣ между Тавромъ и Кавказомъ, и, какъ думаютъ, соединяетъ Тавръ съ Кавказомъ; но что это не такъ, показываетъ рѣка Евфратъ, которая беретъ начало у подошвы горы Паркогатры и, направляясь на югъ, оставляетъ эту гору влѣво, а Тавръ вправо. Итакъ самъ Кавказъ между Колхами и Албанцами, гдѣ онъ имѣетъ и ворота, называется горою Кавказомъ; отъ воротъ Каспійскихъ до ущельевъ Армянскихъ или до истоковъ рѣки Тигра между Арменіей и Иверіей горы носятъ названіе Акрокеравнскихъ; отъ истоковъ Тигра до города Карръ между Массагетами и Парѳянами гора Аріобарзанъ; отъ города Карръ до города Каѳиппа между Иркавцами и Бактріанами гора Мемармалъ, гдѣ растетъ амомъ; ближайшій къ нему хребетъ зовется горой Парѳау; отъ города Каѳиппа до селенія Сафрія между Дагами, Сакаравками и Парѳіенами — гора Оскобаръ, гдѣ начинается рѣка Гангъ и гдѣ растетъ гладышъ; отъ истока рѣки Ганга до истока рѣки Отторогорры на сѣверѣ, гдѣ горные Паропанисады, — гора Тавръ; отъ истоковъ Отторогорры до города Отторогорры между Хунами, Скиѳами и Гандаридами — гора Кавказъ; крайняя же между Восточными и Пассіадрами — гора Имавъ, гдѣ рѣка Хрисороя и мысъ Самара принимаются восточнымъ океаномъ. Итакъ отъ Имава, т. е. отъ крайняго Кавказа и правой стороны востока, гдѣ простирается Серскій океанъ, до мыса Борея и рѣки Борея, оттуда до Скиѳскаго моря на сѣверѣ, до Каспійскаго моря на западѣ и до растянутаго хребта Кавказскаго на югѣ живетъ 42 племени Ирканскихъ и Скиѳскихъ, кочующихъ на широкомъ пространствѣ вслѣдствіе неплодородной почвы.

48. Mare Caspium sub Aquilonis plaga ab oceano oritur, cuius utraque citra oceanum litora et loca deserta incultaque habentur. inde meridiem versus per longas

Каспійское море начинается отъ океана въ сѣверномъ поясѣ. Оба его берега по сю сторону океана и *прилегающія* мѣстности считаются пустынными и невоздѣ-

angustias tenditur, donec per magna spatia dilatatum Caucasi montis radicibus terminetur. (49) itaque a mari Caspio, quod est ad orientem, per oram oceani septentrionalis usque ad Tanaim fluvium et Maeotidas paludes, quae sunt ad occasum, per litus Cimmerici maris, quod est ab Africo, usque ad caput et portas Caucasi, quae sunt ad meridiem, gentes sunt XXXIIII. (50) sed generaliter regio proxima Albania, ulterior sub mari et monte Caspio Amazonum nominatur.

ланнымн. Затѣмъ оно тянется на югъ длиннымъ и узкимъ проливомъ, пока, значительно расширившись, не ограничивается подошвой Кавказа. Итакъ отъ Каспійскаго моря на востокѣ по берегу Сѣвернаго океана до рѣки Танаида и Меотійскихъ болотъ, которыя лежатъ на западъ, по берегу Киммерійскаго моря на юго-западѣ, до начала и проходовъ Кавказа на югѣ обитаютъ 34 племени. Ближайшая мѣстность извѣстна подъ общимъ именемъ Албаніи, а дальняя у моря и горы Каспійской называется *страною* Амазонокъ.

51. Expliciti sunt quam brevissime fines Asiae. nunc Europam in quantum cognitioni hominis conceditur stilo pervagabor.

Выше описаны въ самыхъ краткихъ чертахъ предѣлы Азіи. Теперь я опишу Европу, насколько доступно человѣческому знанію.

52. *Incipit* a montibus Riphaeis ac flumine Tanai Maeotidisque paludibus, quae sunt ad orientem, per litos septentrionalis oceani usque ad Galliam Belgicam et flumen Rhenum, quod est ab occasu *descendens*, deinde usque ad Danuvium, quem et Histrum vocant, qui est a meridie et ad orientem directus Ponto accipitur. (53) ab oriente Alania est, in medio Dacia ubi et Gothia, deinde Germania est ubi plurimam partem Suebi tenent. quorum omnium sunt gentes LIIII.

Она начинается отъ Рифейскихъ горъ, рѣки Танаида и Мэотійскихъ болотъ, лежащихъ на востокѣ, простирается по берегу Сѣвернаго океана до Галліи Бельгійской и рѣки Рейна, который течетъ на западъ, затѣмъ до Данувія, называемаго и Истромъ, который направляется съ юга на востокъ и впадаетъ въ Понтъ; на востокѣ лежитъ Аланія, по серединѣ Дакія, гдѣ и Готѳія, затѣмъ Германія, гдѣ большую часть занимаютъ Свевы; во всѣхъ этихъ странахъ живутъ 54 племени.

Cap. 4, 1—3. Ante annos urbis conditae MCCC Ninus rex Assyriorum.... a meridie atque a Rubro mari surgens, sub ultimo septentrione Euxinum pontum vastando perdomuit, Scythicamque barbariem, adhuc tunc inbellem et innocentem, torpentem excitare saevitiam, vires suas nosse, et non lacte iam pecudum, sed sanguinem hominum bibere, ad postremum vincere dum vincitur edocuit....

За 1300 лѣтъ до основанія Рима царь Ассирійскій Нинъ..., поднявшись съ юга отъ Краснаго моря, на крайнемъ сѣверѣ опустошилъ и покорилъ Евксинскій Понтъ и *научилъ* варваровъ-Скиѳовъ, дотолѣ невоинственныхъ и безвредныхъ, не умѣвшихъ проявлять свою жестокость, познать свои силы и пить уже не молоко животныхъ, а кровь человѣческую, наконецъ научилъ побѣждать пораженіями...

Cap. 14. Anno ante urbem conditam CCCCLXXX Vesozes rex Aegypti meridiem et septentrionem, divisas paene toto caelo ac pelago plagas, aut miscere bello aut regno iungere studens, Scythis bellum primus indixit missis prius legatis, qui hostibus parendi leges dicerent. (2) ad quae Scythae legatis respondent, stolide opulentissimum regem adversus inopes sumpsisse bellum, quod timendum ipsi magis versa vice fuerit propter incertos belli eventus

Въ 480 году до основанія города царь Эгипетскій Весозъ, или желая смѣшать войною югъ и сѣверъ, раздѣленные почти цѣлымъ небомъ и моремъ пояса, или присоединить ихъ къ своему царству, первый объявилъ войну Скиѳамъ, отправивъ напередъ пословъ объявить врагамъ условія подчиненія. На это Скиѳы отвѣчаютъ, что глупо богатѣйшій царь предпринялъ войну противъ неимущихъ, ибо ему наоборотъ слѣдуетъ бояться, какъ бы не остаться, въ

nulla praemia et damna manifesta. porro sibi non exspectandum, dum ad se veniatur, sed ultro praedae obviam ituros. (3) nec mora, nam dicta factis insequuntur. primum ipsum Vesozen territum refugere in regnum cogunt, destitutum vero exercitum invadunt omnemque belli apparatum capessunt; universam quoque Aegyptum populavissent, ni paludibus inpediti repellerentur. (4) inde continuo reversi perdomitam infinitis caedibus Asiam vectigalem fecere; ubi per XV annos sine pace immorati tandem uxorum flagitatione revocantur denuntiantibus, ni redeant, subolem se a finitimis quaesituras.

виду неизвѣстнаго исхода войны, безъ всякихъ выгодъ и съ явными убытками. Затѣмъ имъ не приходится ждать, пока къ нимъ придутъ, а они пойдутъ сами на встрѣчу добычѣ. Они не медлятъ, и за словомъ слѣдуетъ дѣло. Прежде всего они принуждаютъ самого Весоза въ испугѣ бѣжать въ свое царство, на оставленное же войско нападаютъ и забираютъ всѣ военные припасы. Они опустошили бы также весь Египетъ, если бы не были задержаны и отражены болотами. Вернувшись тотчасъ назадъ, они безконечной рѣзней покорили Азію и сдѣлали своею данницею. Тамъ они оставались 15 лѣтъ, не зная мира, и наконецъ были вызваны требованіемъ своихъ женъ, которыя заявили, что, если *мужья* не возвратятся, онѣ будутъ искать потомства отъ сосѣдей.

Cap. 15. Medio autem tempore apud Scythas duo regii iuvenes Plynos et Scolopetius, per factionem optimatium domo pulsi, ingentem iuventutem secum traxere et in Cappadociae Ponticae ora iuxta amnem Thermodontem consederunt campis Themiscyriis sibi subiectis; ubi diu proxima quaeque populati conspiratione finitimorum per insidias trucidantur. (2) horum uxores exilio ac viduitate permotae arma sumunt et, ut omnibus par ex simili condicione animus fieret, viros qui superfuerant interficiunt atque accensae in hostem sanguine suo ultionem caesorum coniugum finitimorum excidio consequuntur. (3) tunc pace armis quaesita externos concubitus ineunt, editos mares mox enecant, feminas studiose nutriunt inustis infantium dexterioribus mammillis, ne sagittarum iactus impedirentur; unde Amazones dictae. (4) harum duae fuere reginae, Marpesia et Lampeto, quae agmine diviso in duas partes vicissim curam belli ac domus custodiam sortiebantur. (5) igitur cum Europam maxima e parte domuissent, Asiae vero aliquantis civitatibus captis, ipsae autem Ephesum aliasque urbes condidissent, praecipuam exercitus sui partem onustam opulentissima praeda domum revocant, reliquae ad tuendum Asiae imperium relictae cum Marpesia regina concursu hostium trucidantur. (6) huius locum Sinope filia capessit, quae singularem virtutis gloriam perpetua virginitate cumulavit. (7) hac fama excitas gentes tanta admiratio et formido invaserat, ut Hercules quoque cum iussus fuisset a

Въ срединѣ *этого* времени у Скиѳовъ два царевича, Плинъ и Сколопетій, были изгнаны партіей оптиматовъ изъ родной страны; они увлекли съ собою большую толпу молодежи и, покоривъ себѣ земли Ѳемискирскія, поселились около рѣки Ѳермодонта по побережью Понтійской Каппадокіи; тамъ они долгое время грабили окрестности, но заговоромъ сосѣдей были убиты изъ засады. Жены ихъ, побужденныя жизнью въ изгнаніи и вдовствомъ, берутся за оружіе и, чтобы равное положеніе всѣмъ внушило равное мужество, убиваютъ оставшихся въ живыхъ мужчинъ и, воспламененныя противъ враговъ пролитою кровью своихъ, мстятъ за гибель мужей избіеніемъ сосѣдей. Затѣмъ, оружіемъ добывъ себѣ миръ, онѣ вступаютъ въ связи съ чужестранцами, дѣтей мужескаго пола тотчасъ убиваютъ, а дѣвочекъ тщательно воспитываютъ, причемъ въ дѣтскомъ возрастѣ выжигаютъ имъ правыя груди, чтобы онѣ не мѣшали имъ пускать стрѣлы; отсюда онѣ названы Амазонками. У нихъ были двѣ царицы, Марпесія и Лампето, которыя раздѣлили войско на двѣ части и поочередно заботились о войнѣ и оберегали родную страну. И вотъ, покоривъ большую часть Европы и захвативъ нѣсколько государствъ въ Азіи, онѣ, основавъ сами городъ Ефесъ и другіе города, главную часть своего войска, отягощенную громадною добычею, отозвали домой; прочія, оставленныя для защиты власти въ Азіи, съ царицею Марпесіей, подверглись

domino suo exhibere arma reginae quasi ad inevitabile periculum destinatus, universam Graeciae lectam ac nobilem iuventutem contraxerit, novem longas naves praepararit, nec tamen contentus examine virium ex inproviso adgredi et insperatas circumvenire maluerit. (8) duae tunc sorores regno praeerant, Antiope et Orithyia. Hercules mari advectus incautas inermesque et pacis incuria desides oppressit. inter caesas captasque complurimas duae sorores Antiopae, Melanippe ab Hercule, Hippolyte a Theseo retentae. (9) sed Theseus Hippolyten matrimonio adscivit, Hercules Melanippen sorori reddidit et arma reginae pretio redemptionis accepit. post Orithyiam Penthesilea regno potita est, cuius Troiano bello clarissima inter viros documenta virtutis accepimus.

нападенію враговъ и были перебиты. Мѣсто Марпесіи заняла дочь *ея* Синопа, которая славу своей отмѣнной доблести увеличила еще постоянною дѣвственностью. Молва о ней взволновала всѣ народы, внушила такое удивленіе и вселила такой страхъ, что даже Геркулесъ, получивъ отъ своего господина приказъ отнять оружіе у царицы, какъ бы обреченный на неминуемую гибель, собралъ со всей Греціи отборныхъ и знаменитыхъ юношей и заготовилъ девять военныхъ кораблей, по тѣмъ не менѣе, не довольствуясь своими силами, предпочелъ неожиданно на нихъ напасть и обойти ничего не ожидавшихъ. Во главѣ царства тогда стояли двѣ сестры, Антіопа и Ориѳія. Геркулесъ приплылъ къ нимъ по морю и захватилъ ихъ врасплохъ безоружными и неподготовленными вслѣдствіе царившей въ мирное время беззаботности. Среди многихъ убитыхъ и плѣнныхъ двѣ сестры Антіопы были удержаны — Меланиппа Геркулесомъ, Ипполита Ѳисеемъ. Но Ѳисей вступилъ въ бракъ съ Ипполитой, а Геркулесъ возвратилъ Меланиппу сестрѣ и получилъ оружіе царицы въ видѣ выкупа. Послѣ Ориѳіи царствомъ завладѣла Пенѳесилія, знаменитые подвиги которой среди героевъ во время Троянской войны мы знаемъ *изъ исторіи*.

Cap. 19, 2. (Post Sardanapallum) regnum Assyriorum in Medos concessit. deinde multis proeliis undique scatescentibus, quae per ordinem disserere nequaquam aptum videtur, per varios proventus ad Scythas Chaldaeosque et rursus ad Medos parili via rediit...

(Послѣ Сарданапалла) царство Ассирійское перешло къ Мидянамъ. Затѣмъ произошло множество сраженій, разсказывать которыя по порядку мы находимъ неудобнымъ; послѣ ряда различныхъ событій власть перешла къ Скиѳамъ и Халдеямъ и снова тѣмъ же путемъ вернулась къ Мидянамъ...

Cap. 21. Anno ante urbem conditam XXX.... (2) Amazonum gentis et Cimmeriorum in Asiam repentinus incursus plurimam diu late vastationem stragemque edidit.

Въ 30 г. до основанія Рима.... внезапное вторженіе племени Амозонокъ и Киммерійцевъ въ Азію произвело на широкомъ пространствѣ ужасное опустошеніе и погромъ.

LIBER II.

Cap. 6. Cyrus, rex Persarum.... tunc Asiam Scythiam totumque orientem armis pervagabatur, cum Tarquinius Superbus urbem vel rex vel hostis aut servitio premebat aut bello...

КНИГА 2-Я.

Киръ, царь Персидскій.... прошелъ съ оружіемъ въ рукахъ по Азіи, Скиѳіи и всему Востоку тогда, когда Тарквиній Гордый, либо царь, либо врагъ, угнеталъ городъ или рабствомъ, или войною...

Cap. 7. Igitur idem Cyrus proximi temporis successu Scythis bellum intulit. quem Thamyris regina, quae tunc genti praeerat, cum prohibere transitu Araxis fluminis posset, transire permisit, primum propter fiduciam sui, dehinc propter opportunitatem ex obiectu fluminis hostis inclusi. (2) Cyrus itaque Scythiam ingressus, procul a transmisso flumine castra metatus, insuper astu eadem instructa vino epulisque deseruit, quasi territus refugisset. hoc comperto regina tertiam partem copiarum et filium adulescentulum ad persequendum Cyrum mittit. (3) barbari veluti ad epulas invitati ebrietate vincuntur, mox revertente Cyro universi cum adulescente obtruncantur. (4) Thamyris exercitu ac filio amisso vel matris vel reginae dolorem sanguine hostium diluere potius quam suis lacrimis parat. simulat diffidentiam desperatione cladis inlatae, paulatimque cedendo superbum hostem in insidias vocat. (5) ibi quippe conpositis inter montes insidiis ducenta milia Persarum cum ipso rege delevit, adiecta super omnia illius rei admiratione, quod ne nuntius quidem tantae cladis superfuit. (6) regina caput Cyri amputari atque in utrem humano sanguine oppletum coici iubet non muliebriter increpitans: Satia te, inquit, sanguine quem sitisti, cuius per annos triginta insatiabilis perseverasti.

Итакъ тотъ же Киръ спустя нѣкоторое время началъ войну противъ Скиѳовъ. Царица Ѳамириса, которая тогда стояла во главѣ этого племени, хотя и могла помѣшать переправѣ черезъ рѣку Араксъ, позволила *Киру* переправиться, во-первыхъ вслѣдствіе увѣренности въ себѣ, а затѣмъ вслѣдствіе удобства, что врагъ будетъ запертъ съ тылу рѣкой. Итакъ Киръ, вступивъ въ Скиѳію, расположился вдали отъ рѣки лагеремъ, но затѣмъ коварно покинулъ этотъ лагерь, полный вина и яствъ, какъ будто въ испугѣ убѣжавъ обратно. Узнавъ объ этомъ, царица посылаетъ для преслѣдованія Кира третью часть войска и своего юнаго сына. Варвары, словно приглашенные на пиръ, напиваются пьяными. Скоро возвращается Киръ и перебиваетъ ихъ всѣхъ вмѣстѣ съ юношею. Ѳамириса, потерявъ войско и сына, готовится размыть скорбь матери и царицы лучше кровью враговъ, чѣмъ своими слезами. Она выказываетъ притворную нерѣшительность, какъ бы впавъ въ отчаяніе послѣ понесеннаго пораженія и, понемногу отступая, завлекаетъ въ засаду надменнаго врага. Устроивъ эту засаду въ горахъ, она уничтожила двѣсти тысячъ Персовъ вмѣстѣ съ самимъ царемъ, вызвавъ сверхъ всего удивленіе тѣмъ, что не остался даже вѣстникъ столь великаго пораженія. Царица велѣла отрубить голову Кира и бросить въ мѣхъ, наполненный человѣческой кровью, при чемъ *совсѣмъ* не по женски воскликнула: «Насыться кровью, которой ты жаждалъ и которою не могъ насытиться за тридцать лѣтъ».

Cap. 8. Anno ab urbe condita CCXLV Darius Cyro apud Scythas interfecto post aliquantum intervallum sorte regnum adeptus est...

Въ 245 г. по основаніи Рима, послѣ убіенія Кира въ землѣ Скиѳовъ, царское достоинство послѣ нѣкотораго промежутка получилъ по жребію Дарій....

4. (Darius) postquam Assyrios ac Babylonam a Persarum regno deficientem bello recuperavit, Antyro, regi Scytharum, hac vel maxime causa bellum intulit, quod filiae eius petitas sibi nuptias non obtinuisset. (5) magna scilicet necessitas, pro unius libidine hominis septingenta milia virorum periculo mortis exponi. incredibili quippe apparatu cum septingentis milibus armatorum Scythiam ingressus, non facientibus hostibus iustae pugnae potestatem, insuper repentinis incursibus extrema copiarum dilacerantibus, (6) metuens ne sibi reditus

Дарій, посредствомъ войны вернувъ пытавшихся отпасть отъ Персидскаго царства Ассирійцевъ и Вавилонъ, объявилъ войну царю Скиѳовъ Антиру главнымъ образомъ по той причинѣ, что тотъ отказалъ ему въ рукѣ своей дочери. Большая, разумѣется, была нужда за похоть одного человѣка подвергать опасности смерти семьсотъ тысячъ воиновъ. Послѣ невѣроятныхъ приготовленій онъ съ семьюстами тысячами вооруженныхъ вторгся въ Скиѳію. Такъ какъ враги не давали случая вступить въ правильный бой и сверхъ того

interrupto ponte Histri fluminis negaretur amissis octoginta milibus bellatorum trepidus refugit, quamvis hunc amissorum numerum inter damna non duxerit, et, quem habendum vix quisquam ambire ausus esset, perditum ille non sensit...

внезапными нападеніями тревожили фланги полчищъ, то Дарій, боясь, какъ бы не сломали моста черезъ рѣку Истръ и не отрѣзали ему отступленія, въ страхѣ бѣжалъ обратно, потерявъ 80000 воиновъ, хотя это число погибшихъ онъ и не счелъ за важную потерю и не замѣтилъ гибели *такого числа солдатъ*, собрать которое другой едва-ли бы осмѣлился надѣяться...

LIBER III.

Cap. 13, § 4... (Philippus rex Macedonum) ad Scythiam quoque cum Alexandro filio praedandi intentione pertransit. (5) Scythis tunc Atheas regnabat: qui cum Histrianorum bello premeretur, auxilium a Philippo per Apollonienses petiit, sed continuo Histrianorum rege mortuo et belli metu et auxiliorum necessitate liberatus pactionem foederis cum Philippo habitam dissolvit. (6) Philippus dimissa obsidione Byzantii Scythicum bellum totis viribus adgreditur, commissoque proelio cum Scythae et numero et virtute praestarent, Philippi fraude vincuntur. (7) in ea pugna XX milia puerorum ac feminarum Scythicae gentis capta, pecorum magna copia abducta, auri atque argenti nihil repertum: nam et ea res primo fidem inopiae Scythicae dedit. viginti milia nobilium equarum sufficiendo generi in Macedoniam missa.

КНИГА 3-Я.

(Филиппъ, царь Македонскій) перешелъ также ради грабежа съ сыномъ *своимъ* Александромъ въ Скиѳію. Надъ Скиѳами тогда царствовалъ Аѳей; тѣснимый войною съ Истріанцами, онъ черезъ жителей Аполлоніи просилъ помощи у Филиппа, но, когда вслѣдъ затѣмъ царь Истріанскій умеръ и онъ освободился отъ страха передъ войною и необходимостью *искать* вспомогательныхъ войскъ, то уничтожилъ заключенный съ Филиппомъ договоръ. Филиппъ оставилъ осаду Византіи и всѣми силами обратился къ войнѣ со Скиѳами. Въ происшедшемъ сраженіи Скиѳы превзошли враговъ и числомъ и доблестью, но были побѣждены хитростью Филиппа. Въ этомъ сраженіи было взято въ плѣнъ 20000 дѣтей и женщинъ Скиѳскаго племени, уведено большое количество скота, но вовсе не найдено золота и серебра: и это обстоятельство впервые заставило вѣрить въ бѣдность Скиѳовъ. 20000 породистыхъ кобылицъ было отправлено въ Македонію для приплода.

Cap. 18. Et ne forte tunc quisquam opinetur vel Orientem solum Alexandri viribus subactum vel Italiam tantummodo Romana inquietudine fatigatam: tunc etiam bellum Hagidis Spartanorum regis in Graecia, Alexandri regis Epiri in Lucania, Zopyrionis praefecti in Scythia gerebatur....

И пусть никто не думаетъ, что тогда только Востокъ былъ покоренъ силами Александра или только Италія утомлена безпокойной дѣятельностью Римлянъ: тогда же велась война спартанскимъ царемъ Агидомъ въ Греціи, царемъ Эпирскимъ Александромъ въ Луканіи, префектомъ Зопиріономъ въ Скиѳіи....

4. Zopyrion vero praefectus Ponti adunato triginta milium exercitu Scythis bellum inferre ausus et usque ad internecionem caesus funditus cum omnibus copiis suis abrasus est.

Зопиріонъ, префектъ Понта, собравъ 30000 войска, осмѣлился начать войну со Скиѳами и, разбитый на голову, былъ стертъ съ земли вмѣстѣ со всѣми своими войсками.

5. Igitur Alexander Magnus post Darii mortem Hyrcanos et Mandos subegit: ubi

Такимъ образомъ Александръ Великій послѣ смерти Дарія покорилъ Ирканцевъ

etiam illum adhuc bello intentum Halestris sive Minothea, excita suscipiendae ab eo subolis gratia cum trecentis mulieribus procax Amazon invenit. (6) Post haec Parthorum pugnam adgressus, quos diu obnitentes delevit propemodum antequam vicit, (7) inde Drangas Euergetas Parimas Paramenos Adaspios ceterosque populos qui in radice Caucasi morabantur subegit, urbe ibi Alexandria super amnem Tanaim constituta.

и Мандовъ; тамъ же его, еще занятаго войною, нашла беззастѣнчивая Амазонка Алестрія или Миноѳея, явившаяся съ тремя стами женщинъ изъ желанія зачать отъ него потомка. Послѣ этого онъ принялся за войну съ Пароянами, которыхъ, при долгомъ сопротивленіи, почти уничтожилъ прежде чѣмъ побѣдилъ. Затѣмъ онъ покорилъ Дранговъ, Евергетовъ, Паримовъ, Парапаменовъ, Адаспіевъ и прочіе народы, жившіе у подошвы Кавказа, и основалъ тамъ выше рѣки Танаида городъ Александрію.

LIBER IV.

КНИГА 4-я.

Cap. 20, § 34. Lepido et Mucio consulibus [1]) Basternarum gens ferocissima auctore Perseo Philippi filio praedarum spe sollicitata et transeundi Histri fluminis facultate sine ulla pugna vel aliquo hoste deleta est. nam tunc forte Danuvius, qui et Hister, crassa glacie superstratus pedestrem facile transitum patiebatur. (35) itaque cum inprovide toto et maximo simul agmine inaestimabilis hominum vel equorum multitudo transiret, enormitate ponderis et concussione gradientum concrepans gelu et glacialis crusta dissiluit universumque agmen, quod diu sustinuerat mediis gurgitibus victa tandem et conminuta destituit atque eadem rursus fragmentis inpedientibus superducta summersit. pauci ex omni populo per utramque ripam vix concisis visceribus evaserunt.

Въ консульство Лепида и Муція было уничтожено безъ всякой битвы или врага воинственное племя Бастерновъ, возбужденное подъ вліяніемъ Персея, сына Филиппа, надеждою на добычу и возможностью перейти черезъ рѣку Истръ. Дѣло въ томъ, что въ то время случайно Дунай, онъ же Истръ, былъ покрытъ толстымъ льдомъ и дѣлалъ возможнымъ переходъ пѣшкомъ. Итакъ, когда неисчислимое множество людей и лошадей неосторожно стало переходить чрезъ рѣку цѣлой большой массой, то ледъ подъ необыкновенной тяжестью и подъ ударами ногъ идущихъ загудѣлъ и ледяная кора, какъ разъ въ серединѣ потока, побѣжденная и сломанная разсѣлась, не удержала всей массы войска, а затѣмъ, будучи покрыта мѣшавшими *движенію* обломками, осѣла въ воду. Немногіе изъ всего народа едва выбрались искалѣченными на оба берега *рѣки*.

LIBER V.

КНИГА 5-я.

Cap. I § 16 commemorantur «crudelissima circa advenas Dianae Tauricae litora».

Упоминаются «крайне жестокіе къ пришельцамъ берега Діаны Таврической».

Cap. 4, 12... (Fabius consul) [2]) fecit facinus etiam ultimis barbaris Scythiae, non dicam Romanae fidei et moderationi, exsecrabile...

...(Консулъ Фабій) позволилъ себѣ поступокъ достойный проклятія даже съ точки зрѣнія крайнихъ варваровъ Скиѳіи, не говоря уже о вѣрности и умѣренности Римлянъ.

1) A. 175 a. Chr. 2) A. 142 a. Chr.

Cap. 23, 22 (Publius Servilius exconsule)... Phasidem evertit....[1]).

(Бывшій консулъ Публій Сервилій)... разрушилъ Фасидъ....

LIBER VI.

КНИГА 6-я.

Cap. 4, § 6... (Mithridates) in quoddam castellum devertit atque inde in Armeniam perrexit. (7) Pompeius regem insecuturus inter duo flumina, quae ab uno monte diversis specubus exoriuntur, hoc est Euphraten et Araxen, urbem Nicopolim senibus, lixis et aegris volentibus condidit. (8) oranti Tigrani veniam dedit; exercitum Horodis Albanorum regis praefectosque eius ter proelio vicit; postea epistulas Horodis et munera pro pace cum Albanis instauranda libenter accepit; Artacem regem Hiberiae bello fudit totamque Hiberiam in deditionem accepit. inde, cum Armeniam Colchos Cappadociam et Syriam ordinatis rebus conposuisset, promovens de Ponto in Parthiam ad Ecbatanam urbem caput Parthici regni quinquagensimo die venit.

...(Миѳридатъ) свернулъ въ какое-то укрѣпленіе, а оттуда направился въ Арменію. Собираясь слѣдовать за царемъ, Помпей основалъ по желанію стариковъ, обозныхъ и больныхъ городъ Никополь между двумя рѣками, которыя берутъ начало въ одной горѣ въ различныхъ пещерахъ, именно между Евфратомъ и Араксомъ. Онъ снизошелъ къ просьбамъ Тиграна и простилъ его; трижды побѣдилъ въ бою войско и вождей Албанскаго царя Орода; затѣмъ охотно принялъ *присланныя* для *заключенія* мира съ Албанцами письма Орода и дары. Онъ побѣдилъ на войнѣ царя Иверіи Артака и всю Иверію принялъ въ подданство. Затѣмъ, устроивъ дѣла въ Арменіи, Колхидѣ, Каппадокіи и Сиріи, двигаясь отъ Понта въ Парѳію, онъ на 50-й день пришелъ къ городу Экбатанѣ, столицѣ Парѳянскаго царства.

Cap. 5. In Bosforo Mithridate Cerealia sacra celebrante terrae motus adeo gravis repente exortus est, ut magna clades ex eo urbium atque agrorum secuta narretur. (2) eodem tempore Castor Mithridatis praefectus, qui Phanagorio praeerat, interfectis amicis regiis arcem occupavit et quattuor Mithridatis filios ad praesidia Romana transmisit. (3) Mithridates accensus ira in scelera exarsit. nam conplures tunc amicos suos et Exipodram filium suum interfecit, cum antea iam alio Macharem parricidio trucidasset; (4) Pharnaces alter filius eius exemplo fratrum territus exercitum ad persequendum sese missum sibi conciliavit et mox adversus patrem duxit. (5) Mithridates diu ex altissimo muro filium frustra precatus ubi inexorabilem vidit, moriturus exclamasse fertur: «Quoniam Pharnaces, inquit, mori iubet, vos, si estis, di patrii, precor, ut quandocumque et ipse hanc vocem a liberis suis audiat». statimque descendens ad uxores, pelices ac filias suas venenum omni-

Въ то время какъ Миѳридатъ справлялъ въ Воспорѣ праздникъ Цереры, внезапно произошло такое сильное землетрясеніе, что, говорятъ, за нимъ послѣдовало страшное разрушеніе городовъ и полей. Въ то же время военачальникъ Миѳридата Касторъ, который начальствовалъ въ Фанагоріи, перебилъ царскихъ друзей, занялъ крѣпость и переслалъ четырехъ сыновей Миѳридата въ римскій гарнизонъ. Миѳридатъ, воспламененный гнѣвомъ, распалился на злодѣянія: онъ убилъ тогда нѣсколькихъ своихъ друзей и сына Эксиподра, уже раньше умертвивъ другимъ сыноубійствомъ Махара. Другой сынъ его Фарнакъ, устрашенный примѣромъ братьевъ, привлекъ на свою сторону войско, посланное для его преслѣдованія, и тотчасъ повелъ *его* противъ отца. Миѳридатъ долго тщетно умолялъ сына съ высочайшей стѣны и, увидѣвъ его неумолимымъ, передъ смертью, говорятъ, воскликнулъ: «Такъ какъ Фарнакъ повелѣ-

1) A. 81 a.Chr.

bus dedit. (6) quod cum ipse novissimus hausisset nec tamen propter remedia, quibus vitalia sua adversus noxios sucos saepe obstruxerat, veneno confici posset frustraque spatiaretur, si quo tandem modo infusa pestis per venas vegetatione corporis acta discurreret, Gallum quendam militem iam fracto muro discurrentem invitavit eique iugulum praebuit. (7) hunc exitum vitae Mithridates habuit.... annos natus septuaginta et duo, habens secum semper philosophos omniumque artium peritissimos.

ваетъ *намъ* умереть, то молю васъ, отеческіе боги, если *только* вы существуете,—чтобы и онъ самъ когда-нибудь услыхалъ такое слово отъ своихъ дѣтей». Тотчасъ *затѣмъ*, сойдя *со стѣны* къ своимъ женамъ, наложницамъ и дочерямъ, *онъ* далъ *имъ* всѣмъ ядъ. Послѣ всѣхъ онъ принялъ его и самъ, но по причинѣ противоядій, которыми онъ часто защищалъ свои жизненныя *силы* противъ вредныхъ соковъ, не могъ погибнуть отъ яда. Тщетно подождавши, не разольется ли какъ-нибудь по жиламъ влитая зараза, разгоняемая жизненными актами тѣла, онъ подозвалъ какого-то солдата Галла, бѣжавшаго уже послѣ сломки стѣны, и подставилъ ему горло. Такой конецъ жизни имѣлъ Миѳридатъ.... 72 лѣтъ отъ роду; онъ всегда имѣлъ при себѣ философовъ *и людей* самыхъ опытныхъ во всѣхъ искусствахъ.

Cap. 21, 14. [Augusto imperante] Norici, Illyrii, Pannonii, Dalmatae, Moesi, Thraces et Daci Sarmatae plurimique et maximi Germaniae populi per diversos duces vel superati vel repressi vel etiam obiectu maximorum fluminum, Rheni Danuviique, seclusi sunt...

§ 19. Interea Caesarem apud Tarraconem citerioris Hispaniae urbem legati Indorum et Scytharum toto orbe transmisso tandem ibi invenerunt, ultra quod iam quaerere non possent, refuderuntque in Caesarem Alexandri Magni gloriam: quem sicut Hispanorum Gallorumque legatio in medio oriente apud Babylonam contemplatione pacis adiit, ita hunc apud Hispaniam in occidentis ultimo supplex cum gentilicio munere eous Indus et Scytha boreus oravit...

[Въ царствованіе Августа] Норики, Иллирійцы, Паннонцы, Далматы, Мезійцы, Ѳракійцы и Даки-Сарматы и очень многіе величайшіе народы Германіи были частью побѣждены различными вождями, частью отражены, частью отрѣзаны величайшими рѣками Рейномъ и Дапувіемъ..

Между тѣмъ послы Индійцевъ и Скиѳовъ, пройдя весь *земной* кругъ, нашли наконецъ Цезаря у города Тарракона въ ближайшей Испаніи, дальше чего они не могли бы ужъ и искать; они разлили на Цезаря славу Александра Великаго: какъ посольство Испанцевъ и Галловъ на срединѣ востока у Вавилона обратилось къ Александру съ просьбою о мирѣ, такъ Цезаря въ Испаніи на крайнемъ западѣ молили съ подарками отъ своихъ племенъ восточный Индусъ и сѣверный Скиѳъ...

LIBER VII.

Cap. 2, 5.... Macedonicum regnum sub septentrione cum ipsa caeli plaga tum Alexandri Magni arae positae usque ad nunc sub Riphaeis montibus docent...

КНИГА 7-Я.

О Македонскомъ царствѣ на сѣверѣ свидѣтельствуетъ какъ сама часть свѣта, такъ и жертвенники Александра Великаго, стоящіе донынѣ подъ Рифейскими горами...

Cap. 13, 3... Hadrianus... bellum contra Sauromatas gessit et vicit...

...Адріанъ... велъ войну съ Савроматами и побѣдилъ *ихъ*...

Cap. 15, 8... [Marco Antonino imperante] cum insurrexissent gentes inmanitate barbarae, multitudine innumerabiles, hoc est Marcomanni, Quadi, Vandali, Sarmatae, Suebi atque omnis paene Germania, et in Quadorum usque fines progressus exercitus circumventusque ab hostibus propter aquarum penuriam praesentius sitis quam hostis periculum sustineret: ad invocationem nominis Christi, quam subito magna fidei constantia quidam milites effusi in preces palam fecerunt, tanta vis pluviae effusa est, ut Romanos quidem largissime ac sine iniuria refecerit, barbaros autem crebris fulminum ictibus perterritos, praesertim cum plurimi eorum occiderentur, in fugam coegerit.

...[Въ царствованіе Марка Антонина], когда возстали племена по своей дикости варварскія, по количеству безчисленныя, именно Маркоманны, Квады, Вандалы, Сарматы, Свевы и почти вся Германія, и войско, зайдя въ предѣлы Квадовъ и будучи окружено врагами, вслѣдствіе недостатка воды съ бóльшимъ трудомъ боролось съ жаждою, чѣмъ съ опасностью, грозившею со стороны врага, при призывѣ имени Христа, къ которому вдругъ прибѣгли открыто нѣкоторые солдаты, отличавшіеся твердою вѣрою и обратившіеся къ молитвамъ, начался столь сильный ливень, что Римлянъ щедро и безъ вреда для нихъ освѣжилъ, а варваровъ обратилъ въ бѣгство, такъ какъ они были перепуганы частыми ударами молніи, при чемъ очень многіе изъ нихъ были убиты.

Cap. 22, 7.... [Imperante Gallieno] Graecia Macedonia Pontus Asia Gothorum inundatione deletur; nam Dacia trans Danuvium in perpetuum aufertur; Quadi et Sarmatae Pannonias depopulantur....

...[При Галліенѣ] Греція, Македонія, Понтъ и Азія опустошаются наплывомъ Готѳовъ; задунайская Дакія отнимается на всегда; Квады и Сарматы опустошаютъ Панноніи....

Cap. 23, 4. [Aurelianus]... expeditione in Danuvium suscepta Gothos magnis proeliis profligavit dicionemque Romanam antiquis terminis statuit...

[Авреліанъ]... предпринявъ походъ къ Данувію, разбилъ Готѳовъ въ большихъ сраженіяхъ и возстановилъ римское владычество въ прежнихъ предѣлахъ...

Cap. 25, 12. Postea per eosdem duces strenue adversus Carpos Basternasque pugnatum est. Sarmatas deinde vicerunt: quorum copiosissimam captivam multitudinem per Romanorum finium dispersere praesidia.

Впослѣдствіи тѣ же вожди [Констанцій, Максиміанъ и др.] храбро сражались противъ Карповъ и Бастерновъ; затѣмъ они побѣдили Сарматовъ и распредѣлили огромное количество плѣнныхъ по пограничнымъ римскимъ крѣпостямъ.

Cap. 28, 29. Mox [Constantinus] Gothorum fortissimas et copiosissimas gentes in ipso barbarici soli sinu, hoc est in Sarmatarum regione delevit.

Вскорѣ [Константинъ] уничтожилъ храбрѣйшія и многочисленныя племена Готѳовъ въ самомъ лонѣ варварской земли, т. е. въ странѣ Сарматовъ.

Cap. 32, 9. Praeterea Athanaricus rex Gothorum Christianos in gente sua crudelissime persecutus, plurimos barbarorum ob fidem interfectos ad coronam martyrii sublimavit, quorum tamen plurimi in Romanum solum non trepidi, velut ad hostes, sed certi, quia ad fratres, pro Christi confessione fugerunt....

